


05

1606



P-11

~~123.8.~~

FCC
13.302

271.05
Qn 7

ANNVAE
LITTERAE
SOCIETATIS
IESV
ANNI M D LXXXI.

13.302

AD PATRES ET FRATRES
eiusdem Societatis.

Fil seminario



de Collegio



ROMAE,

In Collegio eiusdem Societatis.

M D LXXXIII.

Cum facultate Superiorum.

ДАНИИА
ЗАЯДЕТТИ
СІТАГІОЗ
У ЗЕІ
ДАНИІ СІК ДАНИА

ДАНИІ ЗЕІ СІКА СІ
ДАНИІ СІК



ДАНИІ
ДАНИІ СІКА
ДАНИІ СІКА СІ
ДАНИІ СІКА СІКА

ANNVAE LITTERAE
SOCIETATIS IESU
ANNI M D LXXXI.

PATRIBVS FRATRIBVS QVE
Societatis Iesu, gratia & pax
Christi Domini, &c.



ONS V ET V D O hæc perscri-
bendi, quæ singulis annis à nostra
Societate diuersis oris partibusq.
terrarum ad Dei gloriam maxime
illustria gerantur, & à maioribus
instituta sapienter est, & ipsis So-
cietas legibus preclare sancita. Etenim, cum omnes
fraternæ caritatis vinculo adstricti sumus; quæ nostri
fratres tot locorum interuallo disiuncti a nobis gerant,
ea cognoscere iucundissimum est: animique bac rerum
communione, tum coniunguntur inter se magis, tum
vero ad eadem æmulanda acrius inflammantur. Sed
in multis commodis, quæ huiusmodi consuetudo affer-
rebat, illud tamen incommoditatis inerat; quod cum
omnes, qui Societati sumus addicti, ijsdem ferè mune-
ribus fungamur; eadem quoque contingeret plerumq;
diuersis in locis acta esse, quæ non sine fastidio quodā,
ac satietate in provincialibus litteris separatis scri-

A 2 ptis

4

ptis. toties inculoare nuper. Accedebat summum labore,
et que molestia fuscipit à Societate in his litteris; tum
describendis, dum perferendis: quæ, cum neque eodem
tempore, neque eadem ratione conscriptæ redderent-
tur: sic fiebat, ut d' earum dissimilitudine memoria
perturbaretur; fructusq: qui ex perpetua narratione
percipitur maximus, importuna illa interpellatione im-
pediretur. His omnibus incommodis proxima genera-
lis Congregatio prospexit, quæ decreuit, ut ex omni-
bus provincialibus litteris annuis Romam perlatis,
vnum corpus conficeretur, idqua posthac ad singulas
Societatis Provincias mitteretur: sic enim satietati, &
maximo labori sumptibusque consulitur, Societatisq;
nostræ status vniuersus sub uno quasi aspectu ponitur,
ut quæ à Nostris remotissimis regionibus disperse ge-
runtur, ea in vnum contracta, facilius, & iucundius,
nusquam interrupta narratione, eognoscantur. Id vñ
forte accidit perincommodè, ut serius omnino quam
nostrum quisquam putasset, h.e litteræ nūc mittantur-
dum enim provinciales epistolæ exspectantur, (que ne
ad hanc quidem vsque diem omnes aduenere) dum res
tota disponitur, annus ferè elapsus est: sed ita vñ eue-
nire solet, ut rerum omnium initia paullum confusa
sint; reliqua suum deinceps ordinem, & maturitatem
habitura spero. Et quoniam mibi tandem nec opinari
subeundum hoc onus fuit, ut annuam Provinciarum
omnium memoriam publicis litteris colligarem; in tan-
ta rerum gestarum multitudine digerenda, eam potis-
simum rationem in ibo; ut principio quædam de Socie-
tate vniuersa generatim perstringam, tum de singulis

Pro-

Provincij Collegijque ita dicam; ut priuermissem,
quæ Societatis vel legibus vel muneribus sollemnia
iam sunt; et tantum exponam, quæ aut generè ipso, aut
nomitate insigniora esse videbuntur.

Societati omnis diuisa in unam, & viginti Pro-
vincias: quarum septemdecim sunt in Europa, qua-
tuor reliqua in Orientali, & Occidentali, quæ dicitur
India: Ex his non plurimum quam octodecim, annuale lis-
torie ad nos pertinenterunt. itaque quæ in ijs dimicatae
gesta sunt, ea precipue has epistola persequar. In ijsdē
autem Provincijs Societatem ingressi sunt trecenti tri-
ginta quattuor. Diem vero suum obiere septem &
octoginta.

Annus hic 1581 cum cetero Societatis progressu
sum vero inuersali Congregatione, nouique Genera-
lis electione, maximò insignis fuit. Ac in undissimum
illud quidem spectaculum visum est, cū tot Patres vir-
tutis doctrinaque opinione celebres, ex remotissimis
Christiani orbis Provincijs in unum ad eligendam Ge-
neralem conuere. Septem & quinquaginta h̄i suere in-
viussum: ex quo numero septem & viginti reperti
sunt, qui Patrē ipsum Ignatium familiariter nouerat;
duo etiam simul cum ipso nostram hanc Societatem fini-
darunt, Pater Alfonsus Salmeron, & Pater Nicō-
laus Bobadilla. atque hi omnes licet patrijs linguisque
diuersi inter se, ita tamen voluntatibus consenserunt
tantaque omnia conspiratione animorum gesta sunt;
ut eximia cuiusdam caritatis, & concordie, non modo
in præsens tempus, verum etiam in futurum firmissima
fundamenta iacta esse videoantur. Patre enim Eyerar-

de Mercuriano Rome vita functo, eisq; iustis nivis sole
lemmi persalutis, Pater Nicarius in sextu[m] mensis
de more Congregationem generalem ad septimam Idus
Februarij edixit. Romam itaque Patribus ex amicis
Societas ad prescriptam diem conuenitibus, septi-
mo Idus Februarij Congregatio facta: primum est:
Relatum eo die de legitima conuenientia, de cuiusque sibi
ex omnibus Europie Provinciis Patriis Provincialiis
bus Congregationibus ritè ad Generalem dicendice,
et compensis; Congregationemque tam ac legitimam
videri. Postridie Pater Nicarius cum aliquo Patrio
Pontificale maximum ad ipsius benedictionem ab omnibus
uerso Congregationis nomine petiturus, ut nostris, atque
tequam ad fereudo suffragia ingrediuntur, folleme
est. Is cum Pontifice docuissest prestium Generalis
eligiendi diem venisse; primoque conuentu pridie cele-
breto, statutum esse, cum nihil quod Congregationis vi-
tium sit, obuenientia, neque eorum aliquis absit, qui lega
interesse Congregationi debeant; Congregationem le-
gitimam videri; atque id vnum praeterea desiderari si
griffasset; ut que pridie illius dictio constitutasent; et
ipsius sanctissime benedictionis amspicij, per se qui de-
inceps licet; quamquidem benedictionem ipse ante
pede eius prostratus suppliciter petere; eius oratio-
nem Pontifex interpellans, quasvis, numiqua certare
so, aut formula nostris legibus constituta esset, qui tu
inde cernendo, legitima, neone Congregatio esset, tum
in ipso Generali creando Societas viceretur; quod utrum
que cum nostris Constitutionibus octum, ex expressa
esse cognisset, amantisima oratione ad animarum in

¶ Lætitia concordium cohortans est: quam orationem
ob sententiarum gravitatem tibens hic inservens, nra
cerio solem eam apud omnes iampridem peruen-
gatam esse.

Venerabilis Iulianus, qui dies bimundis suffragij
legitimus erat, Pater Vicarius albene calo, faciens
fecit; Patresq. omnes, quibus latio suffragij esse i Chri-
sti domini corpore sua manu impetravit. Inde ad locum
suffragij forendis in superioro sediaco perso destantem
descenderunt quo in loco peractis ipsi omnibus, que horum
statis Constitutionibus prescribuntur, primo, per duos
ceti, scruinios plures in Patrem Claudium et quamcumque
uam Romanum Provinciam consenserint. Quod eis
is legitima suffragia concessisse omnibus videatur; ho-
ra circiter decima sexta, idest, tertia ante meridiem.
Quod bonum, felix, saufumque esset Christiana Regna
Solelatique nostre Generalis Societas Iesu Propri-
tatis renuntiatur. Interea Nostri, qui non eo tempore
in spatio astanti fuerant in precibus, campanas signo
euocati, eunt in comitium quo eodem studio ex eius uero
populus concione intermissa confracti. Neque solum
templum, & hortus, sed etiam superiore constante, ipso
pudi turbas pia quadam hilaritate gratulantes, replen-
tum. Itaque communi omnium letitia magno nostri
rum. Et populorum agmine Pater Generalis ad tem-
plum deducitur, ac publice Deo Opti Maximi gratia
dignatur. Inde Pater in cubiculum ascendens, eoldie
salutantis turbæ omnis generis hominum ex osculatione
probavit manus.

Tertio Nonas Marci, 1781, annos quatuor rite

A 4 creati

creatus sum, pro Italia Pater Fabronius Maggius, pro
 Hispania Pater Gregorius Flacconius, pro Germania,
 Pater Paulus Hoffeus, pro Lusitania Pater Georgius
 Sarranus absens electus est: qui cum infirmissima
 ratione addidicat excusas sit, neque per a sine certissimo vi-
 te discernimus ab Lusitania campanoueri posset. in eius
 locion Pater Emanuel Rodriguez de Provincialium
 omnia sententia suffectus est. ad tempore istud est
 : Patre Generali electo multi principes niri, cu in ill-
 lad tempus, vacua Generali Societate, suas petitiones
 distulissent, ut in suis oppidiis Collagis Societatis con-
 staueruntur, magna contentione efflagitarunt; ex qua
 his septem dimicarunt, hoc anno accepta sunt.
 - Primum. Ancone in Romana Provincia, qua in pr
 ibus proprietas quod celeberrima est, nostrique amantissi-
 ma, domicilium Societas habet, plerisque fuerat
 iam pridem in votis. Itaque semina primaria ea tam
 dum diuinis inictis mens est, ut ad Collegium ex-
 edificandum liberale vestigia attribueret. Verum
 quibusdam difficultibus operis, Nostri adhuc eo
 profecti non sunt: breui tamen omnia cum insigni Dei
 Opt. Max. gloria compositum iri speramus.
 - Alterum Vercellis in Mediolanensi Provinciali
 ipsius Episcopatu, tum Cardinalis Vercellenensis, Ducisque
 Sabaudiae (cuius in diuione est illud oppidum,) summis
 precibus institutum est.
 - Tertium Placentiae in Veneta Provincia, ipsius Du
 quis rogatu erectum est; quod, et communis omnium opi-
 nio est, maximè in ea vrbe desiderabatur, atque ex ea
 fructus insignis speratur. Missi illuc sunt e. Nostris

aliquos, quia ea, que Collegio necessaria futura sunt, compانentur. Et amplam domum, et arcata, que Dux adfingatur, in nostros usus concingent.

i. Quartum Diuinionense in Francie, Provincia, qua vbi Burgundie nobilissima est.

ii. Quintum Lublinense in Polonia, que ciuitas, quem admodum mercatus celebritate freques est, ita multis varijsque heresibus, et erroribus referata: quamobrem duo nobiles primarij, unius fidei, cimicuq; salutis studiorum inconsi de Collegio instiitando consilia inter se inierunt. quod Collegium ob eam, quaeibi ostenditur, diuina gloria segetem, reuici non potuit. Sextum Gironense in Aragonia, Episcopi, ciuitatisque oratu constructum est, quibus ideo negari non potuit, quod illius oppidi fidei, sincere, eque religioni Galliarum vicinias periculosa esset, et ea se se etiam heresis insinuare cœpisset.

iii. Septimum Leodiense in Belgis est, qua in urbe cum multis annos Nostrorum Residentia fuisset, deq; legitimo Collegio erigendo saepius actum esset, eiusque certam spem P. Euerardus dedisset; hoc denum anno Ernestus Bauariae Dux frater, in locum Episcopi suffecit rem consecit, et nobisque religiosorum quorumdam ædes amplissimas, templo scholisque instruens attributus ex ea religiosis viris alibi cumulatis sine reposuit. Quod Collegium, tum ipsius ciuitatis amplitudine, ciuiumque ad pieatem propensione, tum Episcopi benevolentia in nos, ad multorum animorum salutem procurandam maxime videtur fore idoneum.

.O A T

Hisce

Hicce addi potest Traiectense Collegium in eadem
Belgijs Provincie, Principis Parmensis opera resto-
ratum: cum enim inde superioribus annis Nostri ex-
pulsi essent, propere quod sese in cassam Regis' Phi-
lippi admiscere noluerint, quod ab hominum religio-
rum studijs id abesse dicerent; eamque mox urbem
Princeps Parmensis exercitus Imperator, nostriquo-
studiosissimos recipisset, is nihil antiquius habuit, quo
vi nostrum nobis domicilium illico redderetur: quin
etiam, cum valde egens ante a Collegium illud esset, agit
cum Pontifice Maximo, ut quicdam pribenda adde-
rentur. Eadem in spe Tornacense Collegium est, ex quo
cum eundem ob cassam Nostri electi fuissent, recupe-
rato nunc d' Principe oppido, e Nostris duo illuc profe-
cti sunt, tum vi ciubus bello afflictis opem aliquam
spiritalem praebant, tum, ut que nostra ultra fuissent,
repetant.

Septem igitur Collegia sunt hoc anno admissa; mul-
to plura, omnino ad viginti, id ciuitatibus ad Principes
bus efflagitata; quidcum omnia, quae ad Collegiorum
fundationem pertineret, liberaliter deferrent, nihil tan-
men adhuc impetrarunt: neque enim R. P. Generali
pluribus in presentia oneribus premi Societatem vis-
sum est.

Hac autem ratio de Societate prefari vinceretur
existimauit oportere deinceps quae singularum Troy-
niciarum proprias sunt, exponam.

PRO-

222 PROLOGUS ET MORS
PROVINCIA ROMANA.

SOCIETATIS in Romana Provincia sunt domicia septendecim, quibus quingentis sexaginta duabus versantur, in Domo Professorum in Collegio Romano centumseptuaginta amotus, in Domod probationis ad Diaconia septuaginta nonem, in Collegio Paenitentiariorum viginti, in Collegio Germanico quindecim, in Anglicano decem, in Seminario sex et triginta, in Collegio Lauretano unus et quadraginta, Maceratensi, Recinetensi, Schensi, in singulis duodenis, in Tiburtino decem, in Florentino et Perusino in singulis quindeni, in sede Tusculana quinque, non plus in Amerina: his Collegium Illyricum additur, hoc anno primum a Gregorio X I I I. Pontifici Max. Laureti institutum. Ex his locis septem prima urbana sunt, reliqua Provincialis. Duodecim in Doctori quiemere, ex quo numero fuit vocata P. I. Councilliorum singularis innocentie & obedientie: qui tametsi fractari morbi celeriter oppressus est, tamen obitus fuit diem nec unum nec semel praedictus. In horum locum ostio dicitur quinquaginta in Societatem admisisse successere. In annis postmodum, quod sunt

M. L.

DO-

DOMVS PROFESSA
AD ROMANAM V OCTOBRIS

DOMVS Professorum familia duobus constat ordinibus; primus eorum est, qui publicam rem Societatis procurant; alter eorum qui propria ex instituto munera professae huic domus exercent. Singularem vero animi voluptatem attulit omnibus asperitas complexiusq. tot Patrum, qui ex tam longinquis, tamq. inter se disiunctis Europie Provincijs Romanam ad Generalem dicendum consuenerunt. Qua quidem in re D. Q. M. prouidentiam in nos maxime illustrem sumus experti; cum omnes (centum & quinquaginta summam in universum effecere) in habitationis non commodissime angustijs, summaq. paupertate ita seruuerit incolumes, nihil ut tamē eorum, que ad vitam necessaria sunt, defuerit. Quod gaudiū cumularuit Pontificis Maximi insignis & iā cognita in nobis benignitas, cum facillimo ad se aditu, tum lata eleemosina mille aureorum, quam hoc nomine domia nostra sana quam opportune attribuit. Hanc Pontificis benignitatem Farnesius Cardinalis imitatus ab initio, ut prius congregatio haberi coepit, ad eum usque diem, quo Pater Generalis est creatus; Patribus universis omnia liberaliter ad rectum suppeditavit. Honesti item mulier ducentos aureos dedit; Alius centum testamento legavit. Alio quoq. tempore cum in maximis angustijs uersarentur, aurei nummi quingenti auctore incerto delati sunt. Atq. hæc dum geruntur domi, ne foris quidem cessatum est, tum confessionibus audiendis, tum traducendis hominibus ad meliorem vitam

vitam; ex quibus rebus magnus fructus percepimus est.
 Confessiones enim Generales auditæ plurimæ sunt, &
 fuerint enostris qui ad triginta soli, alij ad quadra-
 ginta, alij ad quinquaginta exceperint, ita ut con-
 fessionum generalium omnium numerus centum se-
 ptuaginta quinque summam excedat; & quidem ali-
 quot eorum, qui quinque septem, aut vigintiquinque
 annis crimina nunquam expiauerant. Multi quoque
 magnam fraudare pecuniae vim dominis reddidere; in
 his unus aureos 500. alius 200. aliquot etiam
 quingenios aureos restituerunt: minoris vero summae
 restitutiones viginti due circiter factæ sunt. Fœ-
 minæ duodecim ad honestatem à flagitioso questu sunt
 renouatae: alij mulierî ab ipsismet concubino aureo-
 rum centum quinquaginta dicta dos est, quo se
 in Conuersarum, quas vocant, monasterium recipere.
 Plures quoq. legitimis inter se nuptijs coniuncti sunt,
 qui per annos undecim, aut quindecim turpiter simul
 vixerant. Alij matrimonio nefarie copulati, post am-
 nos viginti nostrorum consilio legibus soluti sunt: su-
 blatæ præterea coniugum similitates, quas certissime
 cœdes consecuturæ videbantur. Homicidium unum
 repressum est, & grauissimi quidem viri, cuius caussa
 octo armati, exploratores duo erant conducti. No-
 strorum quoq. opera suasq. multorum inopie sub-
 uentum est; aliqui enim nobis auctoribus certos pau-
 peres vestiunt; quidam annua domorum precia pro
 pauperibus aliquot mulieribus soluit, atque in eam ip-
 sam rem aureorum mille iam iam numeraturus est.
 octodecim circiter viri ex ijs, qui in templo nostro sa-
 cramenta

eramenta obire et transuerentur partim in nostra Societate, partim in alijs religiosis familijs Deo se dicari. Carter publicus pietatis et officij causa frequentatus est; in quo generales confessiones rigitiqueunque audiuntur sunt: nostraque patissimum industria et labore factum est; quo minus Pietatis sodalium superioribus annis ad eos, quia vinculis tenentur iungandos, institutum, difficultatibus quibusdam oboris omnino dilabetur: multiq. variabilissimi a nobis inducti sunt, ut ea nomina darentur: ut haec sodalitas per nos antea constituta, nunc iterum recreata restitutaque esse videatur.

COLLEGIVM ROMANVM.

P. Generali rite creato, Congregationeque dimissa, Collegium ipsum Romanum, Gregorij XIII. Pontificis Maximi liberalitate magna ex parte fundari coepit; quod unum in maxima letitia ad cumulandum gaudium deesse videbatur. Cum enim id Collegium Societas nostrae Seminarium sit, unde non in ea solum loca, que Romæ sunt, verum etiam in reliquias omnes Provincias Societas tanquam colonie deducantur; id ea, que hactenus fuit, multitudine praestari non poterat, neq. ut augeretur ruinosæ domus angustiæ patiebantur; redditusq. ad eum ipsum numerum, ne dum ad maiorem sustentandum erant perexigui. Actum est hac de re, et alias sepe, et proxima nuper congregatione generali, decretumque ut R. P. Generalis Pontificem Maximum de Collegij Romani

manifestu doceret; atq. ob eam causam libellus memorialis, qui congregationis universae nomine Pontifici daretur, conscriptus est, cuius hæc erat summa. Plurimum ad animarum salutem sanctorum Ecclesie propagationem ponderis habere. Ut Collegium illud, quod unum esset in Societate linguarum nationumq. omnium Seminarium, ita stabiliretur, ut debitum personarum numerum sustinere posset: quo non solum expensaria tueretur, que Pontifex illi Romæ credidisset, verum etiam paucitatem exploreres tam operariorum in hisce partibus, qudm eorum, qui ad Septentriones, Indosq. mittendi essent: eiusdemq. ponderis esse, ut Romæ constitueretur, primum, ut suos filios in sacrosanctæ Romanae Sedis conspectu Societas educaret, quippe qua ex illius gubernatione urbe pendeat, cuique solemnī rito sese abstrinxerit; tum ut inde quamplurimi Societatis institutum &c. obsequiaum baurirent, ubi Societatis ipsius caput esset, Generalis nimirum, cum quo reliqua membra sic magis consenserent, ijsq. eum magis cognitis prospectisq. ad Provinciarum procurationē usurrum. Benignissime visus est hæc accipere Pontifex, idq. & antea sibi cura fuisse respondit, neque se, vbi cunq. opportunitas idonea ostenderetur, nostris commodis defuturum. Itaq. cum Alessandri Sfortiae Cardinalis morte, Clareuallenensis Abbatia vacua facta esset, eam Collegio Romano Pontifex ipse per se tradi, deq. ea re diplomata rite confici iussit ad 12. kal. Iunias 1581. Hæc Abbatia in agro Piceno ad Clentem flumini sita est, abhinc annis 437. D. Bernardi familia à Guarnerio Marchione Spoletanorum

panorum Duce attributa; fundusq. senis milibus annorum in annos singulos locatur. Adiit statim P. Generalis Pontificem, illiq. de tam insigni liberalitate, ut par fuit, multis verbis gratias egit, Fundatorisq. nomen plurimis eius in nos meritis iustum ac debitum detulit. Quod nomen Pontifex modeste primo reiecit, multos præterea esse dicens, qui cum de nobis item beoremeriti essent, ut nomen illud deberetur. Negavit P. Generalis ullius merita in nostra existare; ad quod fundatoris nomen deferre possemus; qui enim ad habendandum dumtaxat sedem designasset, ne quo præterea ad victimam sumptus necessarios suppeditasset, cum non stiris legibus fundatorem adoptari non solere. His rationibus ac pretibus, quibus uniuersa Societatis nomine P. Generalis vrebatur, Pontifex adductus est, ut fundatoris nomen complecteretur. quare statim monogrammorum pro Collegij foribus insignia ipsius Pontificis affabre picta exposita sunt cum inscriptione
G R E G O R I O . X I I I . P O N T I F I C I M A X I M O . P A R E N T I A O P T I M O . F U N D A T O R I
 ipsiusq. Pontificis liberalitas multis versibus a nostris celebrata est. Quæ res non paruam Collegio Romano existimationem conciliauit; præsertim cum octodierum spatio tam multa millia carminum, tamque inter se varia conscripta essent; vix ut videtur tempus illud ad ea describenda, ne dum componenda satis futurum fuisse, neq. de una eademq. re tam multa, tanquam varietate excogitari potuisse: multiq. viri doctorum exemplum describendum curarunt.

Quo-

Quoniam autem cum primum Pontifex ad Romanis
Collegij statum fundandum animum adiecit, id maxi-
me spectauis, ut nostrorum numerus amplificaretur;
proximas duas insulas, quæ plurimum ad nostras co-
gitationes facine viderentur, diplomate nobis attri-
buit. Quo diplomate precepiebatur dominis, ut intra
tertium mensem ex domibus discederent, vtq. quanti
estimatum esset, tanta ipsis pro domibus pecunia solue-
retur: & ad eam rem 47. aureorum millia nobis cu-
ravit, quibus priuatorum ædes omnes contemptæ sunt:
in ipsam amplius Collegij exstructionem, quaterna
millia in anno singulo per annos viginti liberalissi-
me decreuit; que summa ex duarum item Abbatia-
rum Clarevallenium annuis pensionibus redigitur.
Ac quo certius ac minore cum molestia ea nobis pecu-
nia solueretur, fecit sapienter, ut illas Abbatias Bon-
compagnio, & Vastauillano Cardd. traderet: quorum
cum alter Pontificis fratri filius sit, alter sororis; ni-
bil antiquius habent, quam ut ipsius Pontificis exem-
pli nobis omnia studia praæstent. Cum uero P. Gene-
ralis Pontificem adiisset illi gratias acturus, ornatussi-
me is de nostra Societate locutus est; ita ut nobis unis
defensæ hoc tempore, atque adeo conseruatæ Christia-
næ Republicæ ac religionis laudem daret. Interea in-
sulariorum animi, qui ægre se à suis sedibus expelli pa-
tiebantur; in nos adeo sunt incensi, ut ad ciues in nos
irritandos publicum conuentum edicere cœgitarint.
Sed ea re per Pontificem commode disturbata, seces-
sionem inter se faciunt; consilioque inito, xiuros e
suo numero cum publicis mandatis ad Pontificem mit-
tunt,

tunt, quibus querebantur, se contra ius fasq. ab autis paternisq. laribus vi exturbari, neq. sibi pro domibus equum precium solui; deformari praeterea urbis ad spectum duabus publicis ac frequentatis vijs obstrueris. Sed ualuit plus apud Pontificem Societatis nostrae, reiq. publicæ utilitas, quam quod erat illorum artificij inculcatum. Cum enim acceptis mandatis decemviri Pontificem adiussent, laborabat is eo tempore graui, molestiæ febri; tamè vim sibi faciens, magnitudi neq. animi videri resistens, horam ipsam & eo amplius, patientissime illis aures dedit, oblatasq. criminationes sic depulit, ut diceret, cogitasse se Collegium ex ædificare, in quo nationes universæ instituantur; ut inde videlicet hanc incorrupta doctrina in omnes terras distribuatur: aut enim hanc unam ostendi, aut nullam præterea factam esse reliquam spem salutis orbis terrarum gravissime laboranti: tantumq. abesse, ut ea re aliquid de urbis pulchritudine detrahatur, ut potius ornamenti ac splendoris plurimum accessurum videretur, cum Academia nobilissima extorta, tumata illustriq. via patefacta, ineptis angiportis sublatis: neq. de precio quidquam eos sollicitos esse debere, omnia enim curatum iri ex aequo & bono: suorum propterea commodorum aliquid publicæ utilitati dimitterent, ne dum prefacte nimis proprias rationes tuentur, publicas perderent. Curatum tamen est a nobis, ut ad eadum premium dominis aliquid adderetur, ut ea ratione minore cum dolore sanguis inuiditeretur; quod homines dictitarent se nostrum regnum & in urbe potentiam ferre navi posse. Itaq. di-
ructis

ruinis ædibus, aquataq. area, fundamenta fodii cœptia sunt ad 18. Kal. Januarij, primumq. lapidem cum soblemi et ceremonia propediem positum iri speramus: atq. hunc ipsi rei destinatus a Pontifice Boncompagnius Cardinalis dicitur. Hæc igitur Collegij Romani fundatio est in qua narranda longior fortasse fui, quam par esset: sed tamen volui nostram lætitiam quam plenissimè posse nobis omnibus impertire; cetera breuius perstringam. Quo tempore de R. P. Generali crea-
da agebatur, quo attentius tota res Deo committenda-
tur, nostri ferè publica caruerunt; quare & perpetua
domi stationes in precibus, ac singulis noctibus voluntaria uerberationes indictæ sunt, in orbem suam cuiusq. vicem ad omnes hoc editio perlamente. Cum au-
tem R. P. Generalis vniuersæ congregationis multi-
tudine comitatus ad Coll. quod tenuit, et oī versibus ém-
blematisq. que superiorum & inferiorem deambula-
tionem ornabant, exceptus est; vt illa communis om-
nium opinio fuerit, nihil simile ex hoc Collegio super-
rioribus temporibus exiisse. Inter prandium autem
perpetua eancia exduabus, & viginti linguis maxi-
me inter se diversis habita est; qua nihil vel sententius
incundius vel linguarum varietate admirabilius uide-
tur fieri posuisse. In ijs vero disputationibus, que in
aede sacra Domus professe habita sunt, insigne do-
ctrinam cum singulari virtute coniunctam nostri exhibuerunt. que res eo plerisq. fuit admirabilius, quod non multa ante ij designati, sed vi quisque forte Theologiae cursum absoluisset, ita tunc ad id munus esset electus. Celebratae sunt autem disputationes tum alia

doctissimorum hominum, tum uero etiam Cardina-
lium frequentia, qui nostrorū doctrina & modestia
delectari plurimum visi sunt. Nunquid ex iis à
Pontifice in rusticationem inuitatus, cum in eum ip-
sum diem nostras disputationes incidore cognouisset;
Pontificem rogauit, sibi ut in urbe disputationum car-
sa subsidere liceret: quod tantum absuit, ut Pontifex
egre tulerit, ut contra eius consilium prolixè lauda-
uerit. D. etiam Navarrus vir singulari scientia nomi-
nisiq. celebritate, non solum nostris disputationibus pre-
fens adfuit, verum etiam, ut aliquam sui in nos amo-
ris significationem daret, questiones aliquot posuit do-
cissimas, & argumentis promovit; id quod omnibus
admirationem volupiatemq. maximam attulit.

D O M V S P R O B A T I O N I S .
ad D. Andreæ.

VARIIS hoc anno & periculoſi morbi in pro-
bationis domo, quæ ad D. Andreæ est, emer-
ſere; quo tempore cubantium patientia cum ministran-
tium sedulitate certare visa est. Multi nostra Societ-
atis meditationibus insigni cum fructu vacarunt. Ad
huius domus laxandas angustias edificatio commoda
instituta est, ex eleemosinis quibusdam, quas viri pū
nobis dederunt. Hanc edificationem ipse Pontifex
multis Cardinalibus comitatus semel iniunxit; cumq. ad
superiorem aulam ascendisset, Non uitiosq. omnes ordi-
ne dispositos vidisset, eorum multitudinem admiratus
est, suaq; benedictione quam humanissime impertivit.

S E

SEMINARIVM ROMANVM.

SEMINARIJ Romanij familia 200. ferè numerum implet, eaq. tribus ordinibus continetur. Primus nostrorum est, qui partim Seminarium moderatur, partim coniubertijs repetitionibusq. præfusus, partim res domesticas curant, quia quidem paullo maiorem fiduciam requirunt. Secundus Clericorum est, Romanorum adolescentium, qui ex Tridentini Concilio decreto, ad priuata huic verbi Ecclesiæ vices informantur. Hi & in ecclesiasticis ritibus & in literis diligenter exerceantur: quo autem matutius eorum operi verbis utatur, obi satis grammaticis rhetoricaq. præceptioribus instruti sunt, conscientiae casibus uacans, cum sacris iniciati per urbana templo paroeciasq. distribuantur. Ex iis unus ad Societatem nostram aggregatus est; duo vita decessere. quorum alter praedicatoris naturæ ministeribus ornatus, cum non dubijs significacionibus ad Societatem diuinitus vocari se intelligeret, cunctaretur tamē, ac tergiuersaretur; tandem (id quod illi ob ipsius moram ac tergiuersationem semel utq. iterum Confessarius fuerat minatus) in morbum grauissimum incidit. quo in morbo sero sapiens, periclit, ut in Societatem admitteretur, & in domo professore templo humaretur: quod cum impetrasset, cum demū se animo squisissimo mori dixit, uotisq. rite nuncupatis, paulo post spiritum Deo reddidit. Tertius ordo adolescentibus constat ex principia totius Europeæ nobilitate, qui nostris in morum & litterarum disciplinam traditi sunt. Ex borum numero duo icem illustri mor-

se dicem suum ultimum consecerunt; alter etiam singu-
laribus beneficijs à B. Virgine extremo vite tempore
oratus est: qui autem morienti affuerunt; commemo-
rare solent, tanta illum, cum animam ageret, laetitia
exultasse; ut eius facies macie ceteroqui horrida;
quandam lucem diffundere, isque inter mortales cum
adhuc esset, salessium felicitatem precipere videne-
tur. Inter Clericas, Convictoresque ex statum gradu
maiorum minorumq. quattuor sodalites priuatum
singula fuit instituta, in quas qui adscripti sunt, i. c.
teris virtutum exemplo praelucere nesciuntur. Hac qua-
tuor sodalitia quattuor item B. Mariae Virginis festos
dies inter se sortita sunt; qui dies cum aduenient; ab
ipsis sodalibus Graeca Latinaq. oratione nec non pa-
tria summa cum religione celebrantur: Festa certe
Adnunciationis die, cum Patres universi, qui ad con-
gregationem conuenerant, in Seminario prandium ini-
ciissent, atq. huiusmodi declamationibus interfuisserint;
rem summopere probarunt. Ex altero Convictorum
sodalitia septem in Societatem sunt cooptati. Alius
cum in Societatem se ingressurum voulset, ab eaq. par-
tibea sententia, amicorum, quibuscum suum consilium
communicarat, blanditiae, rupit acutusq. iuramentis
deduci se passus esset; fave perfidiae digneas. Deo penas
redit: paucis enim post diebus grauissimo atque insa-
nibili morbo est oppressus. Singula autem Seminarii
contubernia singulos. Divos patronos sibi ad opemuris
iurorum cum festis dies inuidit, cum contuberniales it-
inio, voluntariaq. corporis afflictiones, orationibus
carminibusq. celebrant: omnesq. eo discriminis ri-

se expiatit, Christi etiam corpore resficiuntur. In plurimis morum insignis mutatio existit; sic ut ipsi parentes sumptus ad admirentur. Alij oblatam e Seminaria exenti occasionem recusaverint: qui autem parentum imperio discedere coacti sunt, iij in ipso digressi non parvam doloris significationem ostenderunt. Legatus Ducis Moschonum (is, qui prior Romanam missus ad Pontificem est, vris inter suum Ducem, Rolo- niæq. Regem pacem conciliaret) cum in Seminarium venisset, patrus verbibus exceptus est. qua ille re plurimum est delectatus, lociq. disstiplinam barbarus homo mirum in modum probauit atq. suspexit.

COLLEGIVM GERMANICVM.

IN Collagio Germanico alumnorum 130. capita sunt. mira inter eos concordia, mirum pietatis suum cernitur. nam præterquam quod frequenissime Confessionis & Eucharistie sacramenta summa cum religione obseruit; se quem forte ex iis Germanis qui Romanam veniunt, heresis labe infectum odoreti sunt, non ante desistut, quam ad catholicam fidem traduxerint; eosq. per urbis templa religionis causæ humanissime ducunt: euocantur præterea frequenter in publica valetudinaria ad excipendas Germanorum confessiones. Vni etiam ex alumnis Helvetij bateris Ponificum stipatores commissi sunt; quos ille non fecus ac Parachus omni ratione diligentiaq. tuetur; ad Christianam catholicamq. religionem instituit. In nostros autem insigne obsequium, obseruantur; id quod mo-

xime declararunt, cum de N. P. Generali creando ad geretur nam praeter assiduas congregations tempore stationes in precibus; omnes etiam ad Di. Ferri Apostoli rem diuinam singulari exemplo peragere. In Germaniam Studiorum suorum cursu abfotis: unus originis remissi sunt, in his undecim erant sacris initati: quos, cum omnes egregijs animi, natu: reg. domis instructi sunt; non parvum catholicam religionem in regionibus promovuros speramus.

COLEGIVM ANGLICANVM

EX omnibus Collegijs, que Studiorum causa Roma inæ sunt constituta, nullum Anglicano vel ingenuis feracijs, vel rerum gestarum magnitudine utilius reperiri potest. Septuaginta in eo versantur adolescentes spectatoe omnes virtutis. Constantiae; quaq. catolicæ religioni Romanoque Pontifici deoiti, eo nomine in Collegio aluntur, vt, cum ad reliquam picarent doctrinæ præsidium adiunxerint; in Anglia, id est ad perspicuum mortem, pro suorum ciuium salute, reverantur: ut locis ille non tam Scholasticorum Collegium, quam Martyrum Seminarium dicendum sit. Atque is ardor vita religionis causa profundèdi, tan sum abeft; vt tot crudelitatis exemplis in catholicos exercite, quæ subinde ex Anglia perforantur, aliqua ex parte restinguatur; vt us potius accendi videant vehementius. itaque immanissimos quoque cruciatas meditantur; ad eos se se parant, & exerceant. Duo etiam in nostram Societatem sunt ingressi. Dimicci sunt

fuit in Angliam hoc anno de more sacerdotes octo ex his Bisbopus in prima Regni ingressione de religione interrogatus, cum dubia responsa dedisset; Sociis claretianis, viuis ipse retentus est: postea cum vehementius urgeretur, confessus est sacerdotem se esse quare postero die ad regium consilium perirabitur, ubi cum egregiam de Catholica religione testimonium dedisset, in carcere comicitus est. Ex eodem numero Tertius & Haddocus eodem die Londini cum aliquo notabilitate adolescentibus deprehensi sunt. Ceteri superfiunt adhuc, atque in Catholicis Hereticisq. iuuaniis operam utilissimam nuant, sic ut decem hominum millia ad Ecclesiam aggregati hoc anno esse dicuntur. Ex iis autem, qui superiore anno cum P. Campionem Roma profecti sunt in Angliam, Ceruinus vir doctissimus, & Catholicæ religionis propagator strenuus equuleo ante tortus, tandem cum Patre ipso Campiono crudelissime ab hereticis peremptus est. cuius ego moriem, que vel ipsis hostibus admirationi fuit, longius hic persequerer; nisi ab alijs iam pridem litteris mandata esset, quem librum Societatem vniuersam peruagatum esse certo scio. In horum locum tres & virginis ex Anglia recentes aduenere optimæ spei adolescentes; aliorum etiam in fide constantia varie testata est. Adolescentes ob causam religionis capti cum nullis rationibus adduci posset, ut Catholicos indicet, colaphis casus in tenebris sam speluncam truditur. addimur etiam verberum, equulei, & Brinduicij mina (carceris est omnium tamen terrimus, scarijs, & maleficis hominibus adseruandis) ni Catholicos pateriat.

ciat. Quo in toco cum bebdomadas plures fammæ rerum humanarum inopia, cœlestium vero summa capia degisset; diuina tandem ope ex ijs incommodis omnibus creptus est. Alterum varijs itidem rationibus oppugnare frustra Indices aggressi, tandem negotium patri dant, vt pro paterna auctoritate, filium de sententia deducatis miscens imperio preces T. miras, cum omnia filij virtus contemneret, ad sumnam deniq. severitatem descendit; filioq. ni pareat, paterna domo interdit. Sed videlicet Deo magis obtulerandū est quā hominibus. itaque patre valere iusso, filius Londinum contendit ibi à Magistratu diligentissime conquistus, direpto a satellitibus cubiculo quod in ciuitate habebat, in Belgas transmisit; cū eadem animi virtute ac fortitudine matris etiam T. amicorum, qui à Catholicæ religione ipsum ad heresim traducere conati sunt insidiosæ preces repulisset. Venit etiam inter hos inuenie quardam loco natus illustrissimo, Catholicorum defensor egregius, Patrumq. nostrorum quia fuit in Anglia, perpetuis itinerum cōmes, laborum ac periculorum omnīū socius; quippe quonon eos modo suis aluit sumptibus, verum etiam præla, septemq. opifices ingeni mercede conduxit, ad ea imprimenda, que ipsi proficere fideliq. Catholicæ defensione scripsissent. Is igitur cum in religionis causam singulari animi magnitudine patrimonium effudisset suum, ob eamq. rem ab Hæreticis ad cedem nominatum quereretur; Nostris auctoribus ex Anglia eo consilio profugit, vt ad meliora se tempora reseruaret, discedensq. apud P. Personiū preter bonam pecuniaē vim, equos etiam septem reliquit.

quārum ad subitos casus; tum etiā ad excursiones sa-
cerdotū in vicina oppida pagosq. Rytomagum uero cū
appulisse, eiusq. loci Moniales egestate laborare ve-
hementius cognouisset; ijs aureos 400. eleemosinā no-
mine dedit; Remensi vero Anglorum Collegio 600.
attribuit; neque hic apud nos rem catholicam quibus-
cumq. potest rebus promouere desistit. Cum hoc aliis
item aduenit iuuenis, Thomae illius Mori pronepos; qui
morum innocentia & meritis in Catholicos nihil p
pro aut virtute degenerasse visus est.

Pontifex Maximus Collegium hoc multis beneficijs
in dies magis atget atq. ornat. nuper Abbatiam attri-
buit; ex qua singulis annis capiuntur aureorum tria
millia; continentēs hortos coemit; totamq. Collegij ad-
ficationem vobisculis aliquot exstructis laxauit.

COLLEGIVM LAVRETANVM.

Quo Laureti ad Dei gloriam proximorumque
utilitatem gesta sunt, ea et si plurima maxi-
meq. illustris videri possunt; quoniam tamen
a superdoribus annis non differunt, supernacaneum es-
se existimam longius persequi. Confessiones tot audi-
tæ sunt, quorū vix aliquis ex infinita horū innum multitudine,
qui ex toto orbe Christiano ad id templum con-
fluunt, conjoere posse. Duo siquidem dumtaxat Sacer-
dotes ducentas & triginta generales confessiones exce-
perunt. Insignes præterea multorum existere conuer-
stiones: plurimiq. in eo sacro sancto loco, religiosa vita
complectendæ mentem suscepere. Aliquot cum pro-
prio

prio se chirographo Dæmoni addixissent; Nostrorum auxilio nefariam syngrapham, quam etiam sua ipsi sanguine sancinerant, resciderunt; seq. Deo Opt. Max. consecrariunt.

COLLEGIVM ILLYRICVM.

Illyricum Epiri regio est, Christianis illa quidē olim preceptis ac religione florens, sed quæ nūc à Turcis oppressa, vna cum libertate nomen ac fidem Christianam ferè perdidit: risuntur tamen adhuc maritima quædam oppida, in quibus pristinae pietatis vestigia apparet. Hęc igitur Christianorum reliquiæ ne perirent (quod breui ob Sacerdotum Doctorumq; inopia timendum fuit) Ut ceteri ad antiquam religionem reducerentur, fecit sapienter Gregorius X ILLI. ut Laureti, ipsius Lauretanæ Domus sumptibus, contubernium institueret Illyricorum adolescentium, qui ad eorum eorum populorum conuersationem erudirentur. curam nostris tradidit. Hi cum in Collégium admittuntur, sacramento se se astringunt sacro, se ordines suscepuros, et primum à Superiorib; insuffuerint: atque ubi lingua Latine præceptis, Catechismo, casibusq; conscientia instructi sunt. (hac eam studia visum est satis esse vel ad eos populos instituendos, vel ad Græcorum errores, qui eo sese insinuarunt, refutatos) in suas terras dimittuntur, ut doctrina, sacramentorum administratione, vitæq; exempla rem Christianam pene collapsam restituant. Cuius rei non partem spem nobis

nobis afferit ipsorum adolescentium indoles ac modis.
stia. Vnus etiam ex ijs ad Capucinos se se adiunxit.

RECINETENSE ET MACERA. tense Collegium.

TEmplum Recinetense hactenus Canonicis quibusdam seruiuit, qui iam ante nostrum adventum, in eo ministrabant; quo siebat, ut cum nos nostræ Societatis munera minus libere in eo exercere possemus, minus etiam multi id frequentarent. Verum hoc anno Canonicis alio migrare iubis, temploq. in nostra potestate relicto, omnium ordinum, sacramentorum consilique causa concursus fit ad nos; plurimos etiam allecit ipsius templi ornatus, quod cum antea tenebris ostendit ac male materialatum esset, in elegantissimam speciem nunc primum reconcinnatum a Nostris est. Quo potissimum exemplo et emulatione ceteri religiosi viri excitati, & sacras conciones habere, & sacramenta ministerrare in suis singuli templis cœperunt. Id vero quibusdam, qui minus aequi nobis antea videbantur, tantam animi voluptatem afferit, ut iam nostra causa omnia cupiant. Nuper cum in rebus contrahendis scrupulus quidam ciuitati esset injectus; eatenus illa rem totam sustinuit, quo ad scripturis omnibus ad nos transmissis, nostrum iudicium exquisisset quid agendum esset. Itum etiam est in xenodochia, & in sacrarum Virginum monasteria, ad quas Vicarii rogatu cohortationes habitæ sunt, earumq. confessiones interdum exceptæ. In loca etiam finitima varijs annis temporibus nec sine fructu,

Etu, summaque eorum: populorum voluntate, excusum est. Scholæ belle succedunt; altera hoc primum anno accessit, quæ magna discipulorum frequentia celebratur, in ijs sunt etiam religiosi aliquot, quib; Generarium ipsorum iussu nostris confitentur. Episcopus quoq. à Seminarij sui Clericis iussit nostras scholas adiri; quæ res existimationis plurimum ijs apud cives conciliavit.

Eadem ciuitate in nos benevolentia; nostraq. in exsequendis ex instituto numeribus sedulitas inaccerata constat; que ergo greater etiam ciuib; accedit, quod cum reliqui concionatores omnes Aduentus tempore desiderati essent, unus noster concionator omnium numerarum explesse visus est. Cardinalem autem Columnam eius Provincia Legatum, nostræ Societatis non modo sautorem, sed etiam laudatorem habemus. cum n. ciuius quidam nostram diligentiam & laborem commendaret, eadem à nobis ubiq. præstari respondit. Is Collegium nostrum iussit, exceptusq. à nobis est tum eleemosynæ pratione, tum aliquot epigrammatis emblematisque; concianum presteret nostrarum frequens auditor est, à quibus multitudini benedictionem rite impetrare solet.

COLLEGIVM PERVSINVM.

MAgnum Perusia campus datur nobis, in quo nostra industria possit excurrere: Nam præter admirabilem concursum eorum, qui templum nostrum Sacramentorum causa frequentant; confirmati prætex-

ea

ea sunt tam si quin priuatis ædibus morte extinguiuntur, quidem qui capite damnati extremo suppicio afficiuntur. In his adolescens fuit annos 20. natus, qui cum antea nūquād induci potuisse, ut aequo animo morte perferret, unius tandem e Nostris oratione sic repente mutatus est, ut totius anteactæ vita confessionem fecerit; socio, qui eorumdem scelerum coniunctus simili erat pena afficiendus, animos addiderit; Patremq. ex sua calamitate substristem ipse met consolaretur. Pacificationes haud leues ad exitum perductæ sunt. STUDIOSI aliquot adolescentes cum se mutuis vulneribus male iniucem accepissent, non modo inter se pacificati sunt, sed plane dignam Christiano viro vitam inierunt. Alius item vir nobilis letali vulnera accepto, cum generali confessione se ipsum expiasset, fratres quatuor manu promptos & acres accersit; multisq. audiencibus dixit, se iniurias omnes Christi causa dimittere, ac fratres, ut idem sibi pollicerentur, adegit testamentumq. cauit, ne, nisi pace facta, ulla bonorum suorum pars ad eos perueniret. Duo capitali odio sic inter se dissidebant, ut alter alteri necem modis omnibus strueret; hic cum ne Episcopi quidem precibus inimicitias deponera voluissent; Nostrorum tandem opera suasq. pacificati sunt. Ex maiorum sodalitio nouem in Societatem recepti sunt: multoq. plures, dum Romæ ad Dini Andreæ locus vacet, exspectant. Episcopi quoq. oratu in monasterijs, qua in hac urbe plurima sunt, ad moniales de diuinis rebus sermō habetur à Nostris. qua ex re quanti nos Episcopus faciat intelligimus; propterea quod cum ipse religiosus sit, suiq. ordinis multis bis habeat,

habent, nostra tamen ad id mutus opera maxime vici-
tur. Neque vero nobis Episcopus amicior quam
cuncta ciuitas: Cives enim inviueri, populiq. finitimi
incerti in rebus nos consulunt, suasq. controverbias
P. Rectoris arbitrio componunt. Hanc ipsi benedicten-
tiam cum insigni liberalitate conuixerunt: in unam
enim Collegij adificationem aureos circiter 800. ero-
garunt. quia in re nonnulli, contra quam plerique fa-
ciunt, ita gloriam omnem fugient, vi ne nomen qui-
dem ipsorum sciri velint; in his rursus certam pecunie
frumentum, ad imam aram cum codicillis abiecit, quibus
velut sanctissime Eucharistiae obtegendae confici iu-
bebat. Pater item Provincialis, quo tempore Colle-
gium hoc de moxe insit, ab Cardinale Perusino cen-
trum aureos in annos singulos eleemosinae nomine
impetravit.

COLLEGIVM FLORENTINVM.

NEQUE minorcm fructuum segetem Florentinum
ager effudit: superioribus enim classibus tertia
hoc anno Logices addita est, que magna multitudine
auditorum frequentatur; in iis numerantur patricij
triginta circiter adolescentes, moribus honestissimi,
qui annos incredibili ardore animi in virtutem liter-
raramq. studia incumbunt. Confessionum fructus
idem qui solet. Mulier una matrimonio coniuncta est
cum viro, quicum annos octodecim turpiter vixerat,
banc vir cum tam mature quam voluisse, vxorem da-
tere non potuisse, morboq. interea corruptus esset, in
extremo

extremo ipso vite tempore eam sibi rite despondit, moriensq. bonorum suorum omnium heredem instituit; ea nunc in æde nostra sacramenta frequenter obit, Nostisque se plurimum debere profitetur; quod per eos ex animi fameq. naufragio erecta sit. Altera cū in lectulo, atq. adeo in sinu suo concubinum subito exspirasse uidisset, ad meliorem mentē reuocata est. In tu to loco collocatæ quedam sunt, quarum pulchritudine ad infamem questū mariti abutebatur. Aliquot etiā, quæ uarijs nominibus in maritorum odium incurre rānt, cum ipsis reconciliat.e. In ipsis quoque magni Ducis domesticis aplicisque ad pietatem excitandis utiliter noster uersatus est labor: quinque et uiginti ex ea familia Nostris crebro confitetur: quam rem id non mediocriter adiuuat, quod Magnus Dux hos plurimi facere, atque in præcipuo honore habere uideatur. Præsul quidam hac iter faciens, mensem ipsum in hac urbe substitit eo consilio, ut Societatis nostræ medi rationibus una cum cubiculario institueretur; qua ex re incredibilē is cepit animi uoluptatem. Honestā quæ dam matrona de nobis in vita optimè merita, cum vereretur ne per nostros, si id rescissent, suū consiliū di sturbaretur; moriens, testamento condito, nos omnino nec cogitantes honorum suorum omnium scripsit here des: ea duobus aureorum millibus estimatur, quod huc uidelicet vindemiolas suas omnes, minimo ipsa conten ta reseruasset. Cuium in nos liberalitatem et alias sa pe, & hoc anno maxime insignem sumus experti. In Collegij enim exstructionem quidam aureos 500. de dit. Infimæ fortis mulier cū aureos 150. in pro-

prios usus abdidisset; idq. illi animi infirmi, neque omnia in Deo collocantis esse videretur; summo mane pecuniam omnem ad ianitorem detulit, ut in eam aedificationem impenderetur. Alius optimi vini cados 40. nobis dono dedit. Itaq. his alijsq. huiusmodi eleemosinis sacra ædes nostra ferè ad tectum perducta est. Templum tum vario rerum sacrarum ornatu, tum missali argenteis laminis miro opere obducto auctum est, pro cuius uno manus precio aurei quinquaginta solidi sunt. Pixis quoque argentea sacræ Eucharistie adseruandæ aureorum 150. precio donata est. Alij præterea viri honesti in nostri templi ornatum varia munera adornant.

S E D E S A M E R I N A.

AMerinorum ciuium in nos mira est beneuolentia, mira caritas; eam & alias sœpe, & maxime ostenderunt, cum de tollendo ex hac orbe nostrorum domicilio actum est. cum enim redditus nulli attributi sint, qui iustum nostrorum numerum sustinere possint; P. Generalis Nostrros inde reuocare cogitauerat. Quo tempore ipse Episcopus cum aliquot primarijs ciuibus ad deprecandum P. Generalem Romam usque contendit. Alij rotiuas certorum templorum peregrinationes nudis pedibus suscepérunt. Quidam cum aureos 200. testamento nobis legasset, his rumoribus excitatis, alios præterea 300. ad illam summam addidit. Alius 200. aureorum heredes nos instituit. Alius duo nobis prædia pulchra & fructuosa destinavit.

gauit. Aduentus autem tempore Episcopi rogatu
nde vrbis maxima conciones & Nostris habitæ sunt:
atque tum ijs, tum confessionibus & Catechismo res
Christianæ bene gestæ est. Mulier una, vt ce-
tera reticeā, cum ei vir imperfectus fuisset,
mariti mortem tam ex animo con-
donauit, vt illico expiatis ri-
te criminibus sacrū Chri-
sti corpus suscepserit.



PROVINCIA SICILIENSIS.



OM PLECTITVR Sicilia Societatis loca decem. Sociorum autem in ea ducentorum septuaginta numerus est. Messanæ in Collegio sexaginta. In Domo probatoris triginta. In Collegio Panormitano sexaginta. In Siracusano & Catanensi singulis viceni. In Collegio Montis Regalis duodecim. In Rhegino quindecim. In Biuonësi & Calactensi singulis undeviceni. In Drepanitano quattuordecim. Vita defecerunt quattuor. In Societate adscripti sunt octodecim.

MESSANENSE COLLEGIVM.

QVI singulis hebdomadis in templo nostro crimina expiant, iij septimecentorum sere; celebrioribus vero festis mille septimecentorum summam efficiunt. In his qui im fuere, qui decem, aut etiam viginti, & eo amplius annos, nunquam integrè confessi erant. Plus mille nummum aureorum ex fraudata pecunia restitutum est. Pellicatu liberati multi, quorum tres ipsas concubinas in matrimonium duxere. Plurimi à cogitatis atq. adeo susceptis sceleribus

ribas abduxit. Mulier annos 123 surpē tñ quadā consue-
tudinē babebat; atq. d flagitio, ne pœnis quidem in ip-
sum d. Prælato constitutis, deterri potuerat. hæc
tandem correpta morbo, cum esset Nostris confessa,
concubinum eiecit d se, pieq. admodum postea vita fun-
cta est. Tres mulieres cum ijs nuptiæ, quibuscum ius
commubij non esset; ad legitimas nuptias traductæ: qua-
rum una decem, altera duodecim, tertia quindecim an-
nos cum viro fuerat. Presbiteri duo, quorum alter com-
tra fas plura beneficia retinebat; alter falsis litteris,
vt iniciaretur, fuerat consecutus; censurarum omnium
quibus sese obstrinxerant, absolutiones petierunt, vi-
tamq. laudabilem exorsi sunt. Mercatores multi no-
stris monitis nefarias rationes in rebus contrahendis,
corrogerunt. Cæreres publicos iniuserunt Nostris, at-
que vi singulis noctibus litaniæ in ijs recitentur, insti-
tuuerunt; damnatos ad patibuli usque locum prosecuti-
sunt: quorum unus cum animo obfirmato sacram con-
fessionem respueret, Nostrorum tandem oratione in-
ductus est; vt crimina confessus, magna amimi contri-
tione Deo spiritum redderet. Viri feminæq. primaria
humanitatis atque officij christiani caussa adierunt Xe-
nodochia; egenisq. stipem d populo publice corregar-
unt. Ex seruitijs aliquot Christianis præceptis imbui-
ti. Alij præterea sese ad varias Religiosorum familias
adiuinxere. Duo & viginti in vicina urbis loca dimis-
si, uberrimos laborum suorum fructus multis præcla-
re constitutis, reportarunt.

COLLEGIVM PANORMITANVM.

Communio in templo nostro ita frequens est, ut
principis festis duo triaue millia; reliquias vero
diebus octingenta communicantium capita censem-
tur: ut eos riteam, qui nostris confessi, varijs de caus-
fis in alijs templis Christi Domini corpus sumunt.
Multæ confessiones auditæ eorum, qui vigilie ex
templici amissione ingentia flagitia silentio suppresserant.
Sunt in hoc Collegio duæ sodalitates E. Virginis disci-
tæ, quarum maior constat ferè prima huic Regni no-
bilitate, in quam qui adscripti sunt, iij nimirum virtu-
tum omnium exemplo ceteris præludent. Quinque ad
ad Societatem sese adiunxerunt, in his Iurisconsulius
honestissimo loco natus, magnaq. apud omnes audito-
ritate. Huic per patriam iter necessario facient, ma-
ter, illius voluntate cognita, obuiam cum bene magna
matronarum caterua processit, atro vestitu; passis quod
trinibus; ac pedibus aduoluta, obtestata est in se de se
teret: multique reperti sunt viri graues, qui eam sibi
provinciam depoposcerint, ut hominem ad 9. del 1. di
vel etiam 15. millia passuum prosecuti, a suscepie ri-
te ratione auerterent. Non ex eodem sodalicio in Dm
Benedicti famili. inse dicarunt; horum id studium vir-
tutis est, ea sui ipsorum contemptio; et Abbas, qui illorū
rum probitatem verus mortificandis explorans,
hys minquam similes tirones proficitur se habuisse.
Mercatores item Ligares duo Capuccinis nomina de-
derunt, pecuniosi homines, ad quorum alterum here-
ditas aureorum 50. millium veniebat: que res pluri-
mum

multum ponderis habuit ad reliquorum ciuium animos in pietatem impellendos. Huius parens cum ad oppugnandam filij constantiam &c. ab Liguria cum multis mercatoribus venisset; sic filij verbis commotus est, ut crimina statim cum ipse tum ceteri omnes confessi sint. Hi duo mercatores multis ante mensibus nudi cubitabant in lana, herbisq. vescabantur; ut his videlicet laboribus ad eam virtus cultusq. asperitatem, quam meditabatur, se ipsos durarent. Fratres duo sororem, quod præter dignitatem homini, cuius longè inferior esset fortunæ condicio, iniurias omnibus rubore vellet, interficere constituerant: tandem de Præfecti consilio certos illi ad meditandum locos adsignarunt; quibus meditationibus sic affecta virgo est, ut omnem de profanis nuptijs cogitationem abiecerit, vniq. Deo vero, & immortali sponso se ipsam addixerit: neque ab eo consilio varie a matre postea oppugnata potuit demoueri; quæ nimirū negabat dotis illi quidquam se dicturam, si monasterium ingrediceretur, contra uero præter despensam dotem, aliquot aureorum millia, si nubaret, se largituram profitebatur.

Eques nobilissimus multis Principibus ac Dynastis - consuetudine coniunctus, ad sodales aggregatus est; quæ res æqualium animos grauiter offendit. Itaque cum eum ad D. Christinae templum ipsius festo die venturum cognouissent, aream, ubi maxima Siciliae totius frequentia nundinæ celebrantur, obsident cum scorto, quod ille quondam perditissime amauerat, ac fese plus quinque pro eo certissimæ mortis obiecerat. Scorrum, ut fuerat edictum, iuuencum aggreditur, pallioq.

arrepto, verbis petulantissimis suscepitam vita rationem exprobrat, domumque et ad pristinam consuetudinem initat. Quid multa? semibona plus iuvenem sic vexauit mulier, ut nunquam elabi potuerit; ipsiſſis inter ea Dynastis, atque uniuersa multitudine sibilis et clamoribus boninem exagit antibus. Sed ille ea constantia, et grauitate mulieris procacitatem aſe reiecit, unde duos equites petulantissimos traduxerit ad honestatem, ſic ut statim expiatis sceleribus in fodaliſſum facelium ſecesſrint, ac ſeſe per ſemihoram acriter ecederint; alter etiam mundo nuncium plane remiferit. Pius commentationibus ſingulis diebus vacans: plenique ſacellum precandi cauſa in suis cedibus exornarunt, atque duas horas cum uxoribus et cetere domesticorum turba, tum in matutinis ac vespertinis precibus, tum in diurnis actionibus reputandis quotidie ponunt. Alij coelibus vita desiderio, ut matrimonij vinculis ſoluerentur, a coniugibus ſumma contentionē pterunt. Alij ieunia, verberationes et alia paenarum genera ultro ſubierunt, ut quodam ſceleribus liberarent. qua potiſſimum ratione circiter quadraginta exturpissimum vitiorum coeno ſunt erepti, quorum unus annis quinque et viginti nunquam fuerat confefſus; alijs decem aut quindecim annis sacramētum illud non obierant. Sexaginta plus hominum nobilissimorum cedes impedita. Alij ab inimicis laſi, flagris ad sanguinis usque profusionem ſe ipsos diuerberantes, ex ratione iniurias alti ſunt. Itum in Xenodochia frequenter; quo loco egregia ſodalium opera constitit: nam fiduci rudimenta, agrotis tradita, pedes abluti, rosaria distri-

scribata moniorum corpora elata. Et alia id genit
 pietatis officia praefixa; tanta cum ægrorum volupta
 te, ut plerique sublati in celum oculis inter sodalium
 manus visa decedere exoptarent. Unus inter eos de
 prebensus est, qui heresi infectus, eandem pestem in
 alios occulte spargebat. Viri duo honesti, opibus om
 nibus, et filiorum necem vlciscerentur, profusis; tan
 dem ad hospitalem domum se contulerant, certi ad in
 feros damnati descendere. hi sodalium monitis ad fa
 nitatem reuocati, Deo iniurias omnes dimiserunt. Se
 ptrem ac triginta, quod nunquam integre confessi es
 seant, ut universæ vitæ scelera confessione generali e
 lucerent, à sodalibus inducti sunt; quorum unus annos
 quinque. Et viginti criminis nunquam expiauerat.
 Quattuor eiecerunt à se concubinas; in his unus qui ag
 nos triginta eam habebat. Tres cum essent ab inimicis
 vulnerati, ne magna quidem pecunia summa proposi
 ta, inimicis ignoscere voluerant; hi sodalium precibus
 omnem vlciscendi voluntatem ex animo deleuerunt;
 Die Annunciationi B. Virginis sacro ex collatitia pe
 cunia septem virgines collocatae sunt; Et singulis dozi
 viceni aut triceni aurei nummi dati. Multis, qui prima
 tis in ædibus morbo laborabant, medicamentis alijsque
 rebus subuentum est. Multarum matronarum in opere
 consultum, que, quod vestibus carerent, domo pedem
 nusquam efferre audebant. Quater horarum 40. sup
 plicatio decreta; qua consecuta, Christi corpus à facel
 la congregationalis ad Collegij ædem centum albis ce
 reis accensis à sodalibus deducitur. Bis præterea extra
 ordinem indicta supplicatio, semel cum de P. Genera
 li crean-

U creando ageretur iberum cum is creatus est. Sacro-
sancte hebdomadae sollemnia magna pietate celebra-
ta sunt, Christi Domini corpus, luminiis accensis, so-
dalibus prosequentibus: quo spectaculores homines
plurimi flagitijs cooperiti, ad pœnitentia sacramen-
tum impulsi sunt, quo ex ijs alter annos 17. alter 1.
tertius 7. annos caruerat. Quinta porro feria, cum
boram primum in precibus rite potuissent; ab acum ad
13. pauperum pedes abluidos, vasis argenteis orna-
tis, ablutosq. congiario etiam donarunt.

COLLEGIV M. SIRACUSANVM.

Siracusani Episcopi, ciuiumque rogatu Sacerdos &
Nostris in aede maxima concionatus est. hic ma-
tronarum uobilium cœtum instituit, que cum Confes-
sione & Eucharistie sacramenta frequentant, cum
curam gerunt monasterij, quo mulierculæ turpem vi-
tam detestata se conferunt; ad cuius monasterij inopia
fableuandam duodecies quotannis sumpem cogunt a po-
pulo. Alius similiter, cum ne fratre quidem deprecä-
te, inimico ignoscere vellet, confessarij precibus omnia
remisit. Mulier annos duodecim nefaria scelera occul-
tabat: Sacerdos item multis criminibus obstrictus rem
diuinam iam pridem peragebat; vterq. generali com-
fessione, noxis omnibus solutus sancte viuit. Templi
sacrum instrumentum cum varia supellestili auctum
est, ium pallio argenteis bracteis eleganti opere orna-
to. Excusum est in vicinum oppidum, ubi magna uis
fraudatæ pecunia reddita. Cum Pater rerum contra-
benda

benditum officia pro concione explicasset, plerique
farias pactiones interciderunt. Idem curauit, ut hospit
iali domo, que ob inopiam agrotos altere non poe
rat, certa rectigalia redditusq. adsignarentur. Cum au
tem grana benodicta distribueret, plus quingenti, pie
tatis ergo, Christi corpus suscepérunt: adeoq. permota
ciuitas est, ut in exstruendum Collegium bonam pecu
niae summam contulerit.

COLLEGIVM CATANENSE.

Catanæ magni ad nos omnium ordinum concur
sus fuit; idq. tum ciuium in nos benevolentia ac
cidit, tum quod nullæ inibi sunt parceret. Itaq. celebrio
ribus festis plus quingentis Christi corpus imperititur,
reliquis vero diebus quadringentis tunciter sumunt.
Multi alijs confessi, cum sibi non factum satis esse vi
deretur, nostris iterum confessi sunt. Ciuis primarius
sclopoictus, Sacerdotem de nostris accersiri iussit, qui
suam confessionem exciperet, d quo iussus iniuriam
inimico dimittere, protinus paruit, quamquam recen
ti dolentiq. vulnera; matriq. videlicet presente Sacer
dote faceret, persuasit. Cuiusdam animus tanta in ini
micum erat malevolentia incensus, ut moriens aeternos
inferorum crucias subire potius, quam inimicitias
deponere statuisset; hic nostris confessus, omnem vete
rum iniuriarum memoriam abiecit. Tamenis cum cer
tos homines collocasset in insidias, qui inimicum interfici
erent; eo ipso die ad Collegium domestici negotij caussa
venit, nostrorumq. oratione, qui rem forte fuerant
odo-

odorati, sic mitigatus est, ut multis audientibus, inimico se ignoscere, & fratri numero accipere sit professus. Nobilissimi ciues veteribus inter se odij disfidentes, in templo nostro tandem in gratiam rediere. Meretrix morbo implicita Sacerdotem evocauit, tuis confiteretur; mox in sanitatem restituta, susceptas in vita maculas generali confessione deleuit, ac piam honestamq. vitam agit. Concubinam alius, cum qua decem annos turpiter vixerat, legitimo matrimonio sibi coniunxit. Inter mortua quoque Sodalitas per Nostrros reuocata est.

C O L L E G I V M M O N T I S Regalis.

Collegij Montis Regalis vectigal, quod superioribus annis tenue admodum fuit; quadringenis quindenis aureis nummis auctum est: ex quibus sexagenos quinos Hispanus eques attribuit; ceteros matrona maria, & de Nostris in vita optime merita, moriens legavit. Societatis apud summos infimos, magna existit matio est, itaque vulgo ad nos concurritur; Episcopita men insignis in nos benevolentia existit. Questiones de Christiani hominis officijs in Collegio clericis explicatae sunt. Mulier, cuius filius fuerat imperfectus, nostrorum hortatione permota, octavo die, post confessionem rite peractam, eucharistiae coniunctu in iijt magna cum animi voluptate. Deterriti sunt item aliquot a Nostris, qui multis familys pestem nefarie moliebantur.

C A

CALACTENSE COLLEGIVM.

Sodalitates, que superioribus annis fuere à nostris institutæ, morem præceptaq. sibi tradita studiose retinent: cumque ex ijs plerique militiæ dediti essent, tantam morum modestiam induerunt; vix ut à Præfectis, vt gladio præcinctantur, impelli possint. Quod ciuis primarius admiratus, affirmauit, quatuor olim in hac ciuitate armorum officinas fuisse, earumq. opifices, simul in urbem Societas pedem intulisset, alio migrasse, vt artificium tuerentur suum. Artifex honestus vir ex hisce sodalitatibus, à patritio contumelij s. & pugnis male acceptus, diuini præcepti memor, alteras genas ultro præbuit. Sexagesima Dominica, cum Sacerdos pro concione populum in quinta Bacchaniūm feriam, que Marie Virginis Purificationi sacra erat, ad expianda crimina, & celeste Christi corporis coniunctionem ineundum inuitasset, singulis pollicitus particulare se granum distributurum: nongenti coniuix affuerunt. eo ipso die cum in foro ludi exhiberentur, frater per medium multitudinem in forum subiit, silentioq. facto orationem ad populum habuit; cumque perorasset, uniuersos per B. Virginem obtestatus, Ite, inquit, mecum ciues in templum, ac Deum orate, ut tot sceleribus, que hodie perpetrantur, offensus placeatur. Tum à foro in templum progreditur; simul se uniuersa multitudo auerit, fratremq. secuta est. Convicio tunc in templo habebatur, qua absoluta, Christique corpore in ara proposito, certi ad commentandum loci attributi sunt, & quinque horas maximo animi ardore in pre-

in precibus perseveratum est. Virga in templo nostro
 sacra mysteria obire solita, muneribus & precio ad
 flagitium a scelēstis hominibus sollicitata, omnes reie-
 cit a se; illud unum obijciens, ecquid, inquit, tanto scelē-
 tere commisso in Patrum Societatis conspectum veni-
 re sustineam? Euocatus Pater ad excipiendam confes-
 sionem, iuuenem offendit annos natum viginti, ea vita
 castitate & sanctimonia, ut nullius noxae absolitione
 indigere videretur. is de vita sua rationibus interrogatus,
 respondit, eam se, quæcunque esset, diuinarum
 rerum cognitionem & nostris concionibus huiusse. cū
 enim aliquando pro concione Christum vitem esse, nos
 autem palmites audisset, ipsunque palmitem in vita
 adhærere debere; omni studio selera detestatum,
 quod illa vna homines a Deo diuellant ac distractabante
 neque se umquam grauissimis molestijs, quibus varie
 vexatus esset, neque recenti pecuniarum furto, liget
 furem sciret, de mentis tranquillitate fuisse depulsum
 sed de omnibus Deo gratias egisse. Scholis, que ter
 singulis hebdomadis de christiani viri officijs habetur,
 Vicarius ceteriq. urbis presbyteri. omnes intersunt.
 Ter sanctorum reliquie a nostro templo educte sunt,
 magnaq. pompa circunlate; vniuersis religiosis ordi-
 nibus prosequentibus. Dimissus Pater cum fratre co-
 mite in vicinum oppidum, incolarum omnium confes-
 siones audiuit: grassatores aliquot a cædibus rapinisq.
 renocauit; qui cū multa pro facultatibus reddidissent,
 etiā de religiosa vita complectēda cogitationē suscep-
 runt. Sodalitium instituit Sacerdotum & nobilium vi-
 rorum ad confirmandos eos, qui in extremo vita cer-
 tam.

camine versuntur. Idem instituit, ut singulis sexiis fe-
rijs sub Nonam omnibus templis certo aeris campani
pulsu excitentur omnes ad Christi necis memoriam;
populusq. eo signo auditio, genibus positis orationem do-
minicam et angelicam salutationem quinque recites.
Seditio inter Prefectum & milites sedata. In inopē
religiosorum familiam, custodijq. detentos stipendiis
corrogata, urbem presbyteris aliquot, ac fratre
comite obeuntibus.

COLLEGIVM RHEGINVM.

Rhegium in Calabria possum, exiguo freto à Sicilia disiungitur. ibi Noſtri magno cum animo-
rū fructu versantur. De Societate noſtra magna apud
omnes ordines opinio est: præſertim vero apud Ar-
chiepiscopum, qui ad omnia Societatis opera viuit,
nosq. veros Episcoporum adiutores appellare solet.
Detulit quidam noſtro Sacerdoti das argenteum, & ſa-
nici infecti libras quingentas, qua furto mercatori fu-
ſtulerat. ea Sacerdos cum domino reddidiffet, vicissim
ille aureos ducentos pro indicij præmio obtulit: quos
cum reieciſſet Pater, mercator animi magnitudinem
multo magis ſuspexit. Constituta pax est inter duos no-
bilissimos ciues, quorum odia tacitis discordijs iam pri-
dem contenta, quo tandem eruptura eſſent, formida-
batur. Ciuitas rectigal, quod certum ad tempus nobis
fuerat aſſignatum, in perpetuum ſanxit.

DRE-

DREPANITANUM COL-

legium.

Quantæ messis Drepanitanus ager olim futurus
sit, ex lætissima segete, quam sui initij offudit,
maxime coniuci potest. Vnus enim sacerdos
vætaginta plus confessiones generales excepit, ex ijs
aliquot decem, viginti, trigintaue annorum. Mulier
in adulterio deprehensa, quominus a marito interfice-
retur, nostra opera factum est; ea nunc in honesto tu-
toq. loco collocata, studet lacrimas contractas ritæ
sordes abluere. Confessarij, qui sunt in vrbe, si quid
forte grauius inciderit, suos ad nos pænitentes remit-
tere solent, vt à nobis consilio & re iuuentur. edixit
Episcopus, vt concubinarij, feneratores, ceteriq. pu-
blicis scelerum maculis notati deferrentur; tantusq.
fuit per eos dies concursus eorum, qui vel auxilijs vel
consilijs causa ad nos confugerunt, vt vix omnibus
satisfieri posset: eaq. ratione plurimi concubinatu li-
berati, multaq. male parta restituta sunt. Inter duos
longe primarios equites exorta contentio ingētes rui-
nas minabatur, quicd ea ciuitatem vniuersam in duas
factiones diuisisset. qua sopita, tantam ab vtriusque
partis hominibus gratiam iniuimus; vt vel eo uno be-
neficio, omnia se nobis debere fateantur; ac multi,
qui ante minus æqui videbantur, nostram defensionē
fusceperint, Societatemq. summis laudibus efferant.
Vetus in hac ciuitate mos erat, vt ieiuniorum diebus
non ante discumberent, quam ære campano eius rei
publice signum datum esset. Hæc consuetudo, cum bo-
minum

minimum libidine sic esset depravata; ut duabus tribus reboris statum cibi capiendo tempus signo anteuerteret, a nostris correcta est. Religiosorum ordinum eadem constant in nos benevolentiae argumenta; quippe qui saltem in diebus, nos ut in suis sedibus concionemur, invitant; quod magna eorum tum voluptate, tum utilitate praestitum est: Tantaq. est apud omnes homines quietatis auctoritas, ut nunc se deum christiane uitae exordium facere distinent. Schole hoc anno primum aperte sunt; habitus prius ab Humanitatis magistro publicis de Philosophia disputationibus. Habuit idem in templo nostra oratione, Senatu, nobilitateq. vniuersa presente; idem cum Gubernatore primi diei schoulis interfuerunt: omniaq. sunt omnium iudicio testimo nioq. sic comprobata, ut librorum, qui nostro in gymnasio explicandi essent, catalogum a praconibus tota urbe iussent preedicari. Cittas preterea nobis aetream coemit, in qua duae classes constructae sunt; in Collegij vero aedificationem septingentos quinquaginta nummos aureos contulit; neq. desunt priuati homines, qui rem prouebant.

DOMVS PROBATIONIS Mellanensis.

Mellanenses Novitij sacrarum meditationum, mortificationumq. studio maxime vacant, humilitatem & sensibus intimis colunt, & vero moribus exprimunt & vita: itaq. cum alias plurimas consumelias, tum etiam inflictos ab externis colaphos

D

æquissi-

aquissime perierunt stipem à populo in egenor
gerunt: aquam in carcere importarunt, cuius magna
penuria est: in Xenodochijs ministrarunt agrotis: vi-
satim ere compasso pueros ad Christiane fides rati-
menta ediscenda conuocarunt. Profecti quader domum
hanc inuisit; ultimoque die Nonnidorum conuinium
in iis, cui consiliū Princeps, alijsq. præterea pauci equi-
tes primarij interfuerunt; is co ipso die pollicius est
se curaturum, ut aqua in hanc domum dederetur.
Ciuitas ad hortum conferendum, area nobis tir-
ca domum attribuit. Matrona vero, que
prima domum hanc instituit; cen-
trum circiter præterea num-
eros aureos attri-
but. 

COMITATO D'AMMAGGI

PRO-

PRO-

PROVINCIA NEAROLITANA.



NEAPOLITANA Provincia in sex domicilia distributa est. Sociosq. tres ac ducentos continet. In domo Professa Neapolitana duo sunt. Et quadragesita. In Collegio Neapolitano octo et septuaginta. In Nolano quadragesita tres. In Catacensi et Letino singulis septem deni. In Ciriniano quinque. Diomelitnum quinque obiere; in his Pater Christophorus Rodriguez, vir patientia, suique despiciencia admirabilis, cui cum alia multa, tum obitus dies praesignificatus divinus est. In horum locum sex et virginis suffecit Deus.

DOMVS NEAPOLITANA.

Eorum, qui Domum Neapolitanam incolunt, cum in alijs rebus, tum uero in confessionibus audiendis egregia opera existuit; quarum tanta frequentia est, ut Sacerdotes tredecim confitentium multitudini satisfacere vix possint. Vir nobilis delicijs ualde deditus, frequenti confessione ad meliorem mentem uiuen diq. consuetudinem traductus est; adeo ut cum a Rege opinum magistratum scutatorum mille annuorum

D 2 impe-

impetrasset; ac præter virtus ministri Regij offensionem
nihil desideraretur, quo minus eum obtineret; de Confessario quesinerit, num id ex Dei voluntate futurum
esset, testificatus omissurum se potius prouinciam, quā
ut in ea administranda scrupulus ullus esset: quod eo
sunt admirabilius, quo is minus satis est pro dignitate,
ā re familiari paratus. Alter pellicis amore per an-
nos quattuordecim sic deperibat, ut ne moriens quid-
dem resipiscere velle videretur; hic Sacerdotem no-
strum cum ad se accersisset, eo auctore superioris. vi-
tæ scelera per confessionem generalem expiauit, ac
pellicem sibi rite despondit: factoq. testamento paucis
boris vita decebat. Vir Dæmonis fallacij, qui ei Diui-
ciusdam specie apparebat, inductus, de remittendo v-
xori nuncio cogitabat. Quare cognita, noster Sacerdos,
hominem adit, dæmonisq. dolis patesfactis ad genera-
lem confessionem, quam multos annos ab eo intermis-
sam ex familiari sermone forte coniecerat, adhorta-
tur; neque homini visum illud amplius obiectum est.
Semel, quidem postea truculenta specie Dæmon se e-
obtulit, horribilia quedam, quod esset confessus, illi ante
octauum diem denuncians: sed neque intra illud tē-
pus, neque postea quidquam homini mali contigit.

COLLEGIVM NEAPOLITANVM.

INTER discipulos, qui Neapolitani Collegii scholas
frequentant, duæ sunt instituta sodalitates eo-
rum, qui præcipuo cultu & religione Deiparae Virgi-
ni deseruunt; in quarum alteram adolescentiores ad-
scribi

scribi solent, in alteram natu grandiores, spectatæ viri
eius omnes. Ex minore sodalitio nobilis adolescens
annos quindecim natus, cum à quodam contumelij^d
colaphis petulans esset laceratus, respondit facile
quidem seipsum, quod non longe cum telo seruus es-
set, vlcisci posse; sed nullum aliud poena genus ab eo
reponere velle, quam ut is crimina quam primum con-
ficeretur, que res cum eos, qui presentes erant, tum
vero qui fecerat iniuriam, ita commouit, ut statim ac-
cidens ad illius genua veniam petierit, omniaq. se fa-
ctorum receperit. Ad maioris sodalitij sacellum, hor-
rarum 40. supplicatio quater indicta est, tantaque
frequentia celebrata, ut loci angustiæ multiitudinem
non caperent. Plurimi constitutam sibi horam ad pre-
candum obiisse non contenti, alteram ac tertiam ho-
ram preces continuarunt. Aliquot ex sodalibus, sine
huius sodalitatis refectione, alium cætum inierunt in
hospitali domo, quo se recipiunt aliquo morbo insana-
bili laborantes; certosq. e suo numero, qui singulis die-
bus ægris ministrent, descripserunt: officinam præter-
ea omni genere belliorum ad ægrorum usus aureis
sexcentis instruxerunt, qua ex re plus utilitatis per-
cipi Magister domus affirmauit; quā si triginta au-
reorum millia essent legata. Quindecim in varias re-
ligiosorum familias se contulerunt: alijs suas in ciuita-
tes digressi, iisdem legibus sodalitates instituerunt,
suoque exemplo quām plurimos ad honestiorem vi-
tam incitarunt. Itaque factum est, ut Potentiana,
Theanensis, Catacensis, & Campana sodalitates, huius
Neapolitanæ fama excitata, ad eam aggregatæ sint.

Neque Neapoli solum, sed etiam in vicinis oppidiis nostrorum utiliter versata est industria. Campana enim excursione mulorum antiqua odia, quae ex fratribus filiorumq. cedibus exarserant, restincta sunt; tantumq. ardoris insectum est oppidanis, ut a secunda Quadragesima et Dominica ad sacram usque sextam feriam, virorum in seipso verberibus acerrime settentium, litaniaq. alta voce recitantium singulis noctibus longa agmina spectarentur: neque ardore, aut concionatoris verbis, aut Episcopi auctoritate reprimi potuit; tametsi quedam pretermodum esse viderentur. Initia quoque est ea in urbe ciuium primariorum fodalitas, cuius caput ipse Episcopus est. Hi octauo quoque die in sacello ad hanc unam rem ab ipsis constructo, de manu Episcopi sacram Eucaristiam rite suscipiunt; eiusq. horatu cum in alia pia munera, tum ad ueteres inimiciias tollendas, quae ex mutuis cadiibus hac in urbe sunt exortae plurimae, incumbunt. In sancti Angeli Lombardi oppido nobiliū iter virorum solidatum, quod a B. Virginis Mariæ Conceptione nomine habet, institutum est; qui magna cum animi alacritate in rerum diuinarum studium insitant, tanta cum Episcopi voluptate, ut is curaturum se dixerit, ut in omnibus suæ dioeceseos oppidis huiusmodi cœtus celebretur.

CATACENSE COLLEGIVM.

Cataci acta haec fermè sunt. Unus ab heresi, cum pertinaciter addictus erat, non sine difficultate Dei gratia, nostrisq. Sacerdotis opera, deuocatus est quia tamen

tempore generali confessione à sceleribus expiatuſ, eam
cepit animo voluptatem, ut magnam pecuniam viam ipſe
Patri obtulerit; quæ ab eo repudiata hominem multo
magis in ſententia conſirmauit: eamq. vitam instituit,
quæ oīnibus admirationi ſit. Alter ab exſecrabilis ma-
gicarum artium cultu abductus. Femina primaria,
dum peritacit conſilio neſcio quid ſupprimit, annos
iam triginta, facrorum interdictione, ſue contumacie
penas daberet; que eumen noſtris auditoribus ecclafe
reconciliata eft. Filius grauiffimas ex bonis fuſceptas
iniuicias cum matre genebat; neque ut ear deponeret,
cuiusquam horatu adduci potuerat; ac preter
quæ quod in omni ſermonē probris ac maledictis illam
proſcendebat; præterea ſua ſe illam manu interfici-
ram minitabatur. Is febri correptus altero die despe-
ratur à medicis; quare tandem de noſtrorū conſilio,
qui eum officij cauſa iniuferant; in gratiam rediit
cum matre. Adoleſcens omnino conſtituerat ſe ſe no-
bit; aut certe Capuccinis adiungere; quod cum reſiſ-
ſet parens, cum varijs blanditijs, tum opulento in pri-
mū atque illuſtri matrimonio vnicum, ſibiq. variiſ-
ſimum filium ab ea ſententia auertit. Sed non diu ea ne-
lletat, eft pater; ſiquidem mense post febris inua-
dens filium, ſepimo die vita, matrimoniaq. exturba-
vit. Macor filium tantum non in Societatem coopia-
rum, ciuilium, quibus uniuersam ciuitatem, noſtrūq.
Collegium repleuit, domum in uitum retraxit; nec
impune: decimo enim die ipsa in febrim pestilentem
incidit, que culpam agnoscens, filium vltro ad Colle-
gium remisit; roſtata nunquam ſe tam a fuſce-

pro religionis consilio reuocaturam; moxque
conualuit.

COLLEGIVM ALETINVM.

A Letij, Societatis muneribus Nostri varie fuere
dissentii. Tres superiore quadragesima Nar-
dum, Tarentum, Vestium Concionatores dimissi. Itum
est cum in alijs, tum in hospitalem domum eorum, quæ
elephantias sunt horribiles, quorum non animis, tan-
sum, sed etiam corporibus subuentum. Eorum item
qui sunt in regia custodia, precipua ratio habita est, as-
que inter eos graues discordiae sublatæ: capitis damna-
ti ad supplicij locum vsq. omnibus pietatis officijs de-
ducti. Mos docendi christianam doctrinam inuestire,
ac belle succedit; neque ea pueri tantum, sed etiam
mancipia instituuntur: quorum ea religio est, ut plera-
que octavo quoq. die Confessionis & Eucharistie Sa-
cramenta pie admodum ineant. Ex ijs aliquot ad ba-
ptismum suscipiendum Christiana Catechesi rite infor-
mantur. Dynasta, eiusq. ciues iudicij inter se multas
iam annos conflictabant; que controversia ovnium ap-
probatione sedata à Nostris est. Vir nobilis precio
quendam sollicitanerat ad perniciem inimici; qui tam-
dem nostro suasu à nefario consilio evocatus, ab eo, cui
pecuniam dederat, veniam de cogitato scelere petijs,
ac pro virili parte ad confessionem cobortari non
destitut. Civium porro in nos benignitas maxime hoc anno
fuit

filiis illustris: nam duas publicas vias, que ad Collagij redificationem facere plurimum videbantur, decreto nobis attribuerunt. Femina primaria centrum quinquaginta nobis aureos testamento reliquit. Altera item ueslem preciosam ex auro textili scutorum nonaginta templo ad sacros osus dedit. Sacrosancte hebdomadæ sollemnibus, cum ad Christi Dei nostri corpus efferendum, & sepulchro condendum, desiderari vmbellam viri religiosi, nostrique amantisimi vidissent, illic e purpuream nobis opere Damasco, aureis licijs, inservi que pendentibus curarunt. Alter turibulum argenteum, ad sacros templi suffitum aureis quadraginta nobis comparauit. Alius B. Virginis imaginem in tabula affabre depictam donauit; cuius pictura, absque ornatu cetero, aureis quinquaginta stetit. Angelorum quedam est nobilis familia vicino oppido oriunda; hæc vbi Societatem Aletij domicilium habere cognouit, eodem rerum ac fortunarum suarum omnium sedem transtulit; eoque die, quo primum in hanc urbem venit, rei diuinæ interfuit in templo nostro, & aureum torqueum obtulit C. pondo; quem nimirum ab ea suæ in nos voluntatis veluti pignus haberemus. Siquidem Paterfamilias cum opes, tum vero quatuor liberos (tot enim habet) nostræ Societati addixit. Ex ijs natu maximus, ad quem Feudum pertinebat, in Societatem adscriptus est, alter cupiditate eiusdem sic flagrat, vt plane desiderio contabescere videatur. Et quoniam ut ad fratrem aggregetur, non dum per etatem id ei licere dictum; singulos dies ingenti solicitudine numerat, & quan-

quanta quoque die facta sit ad statuunt accessus,
anxie explorat. Reliquos haec una ne in officio se-
ve continent parentes, quod iis ministeriar Jane
et à Societate non adsciscantur: que
comminatione pueriles illis
lacrime excess-
tiamur.



- 1 -

PROVINCIA MEDIOLANENSIS.



MODUS STRORVM in Mediolanensi Provincia centum sexaginta sex numerus est, qui sex locis habitant, In Domo Professa Mediolanensi quatuor & virginii, In Collegio Brerano septuaginta, In Domo probationis Aronenzi quindecim, In Collegio Comensi duodecim, Taurinensi virginii, Iannensi quinque & virginii. Ex hoc numero unus desideratus est. Ad Societatem accessere sex.

DOMVS PROFESSA.

MEdiolani res in Domo professa eodem fere loco sunt, quo annis superioribus, aut meliore etiam restatur id populi studium & concursus ad nos, frustusq. solito ubriiores percepti. Miles quidam gloriosus i. s. annos numquam confessus, tandem cum nostro Sacerdote confessionem instituit; cum autem quarto mense post in gravissimum morbum incidisset, diuq. in maximis angoribus animam egisset; aduocato iterum Sacerdote, peractaq. confessione, magna mox cum animi tranquillitate mortuus est. Adolescens viuendi studendiq. opportunitatem secutus, inter presidia-

rios

rios milites stipendia merebat; stipendiiorumq. pars
 una in sumptus necessarios, altera in vicarios dandos
 abibat. Huius diuinitus (ut credere par est) iniecta est
 cupiditas generali confessione superioris uitæ noxas
 expiandi. Facta igitur confessione, Christiq. corpore ri-
 tè suscepto, mentem amisit; ut videatur Deus optime
 illi consuluisse, qui non ante permiserit, ut in hunc in-
 saniae morbum incideret, quam cum præteritis crimi-
 nibus purgatum in optimo statu collocasset. Alter ado-
 lessces nobili genere natus, voluptatibus valde deditus,
 semel nostris confessus sic mores mutauit, ut aspera u-
 te ratione maxima omniū admiratione instituerit. Mu-
 lier cū marito nunciū remississet, sese omni turpitudi-
 ni tradiderat. hæc matronæ cuiusdā hortatu cum ad no-
 strū templū se contulisset, confessionēq. fecisset; ad insi-
 gñē uitæ mutationē conuersa est: impeirataq. per con-
 fessariū venia, cū marito sanctissime uiuit. Tres concu-
 binæ induxtæ sunt, vt cum suis concubinis honestis nu-
 ptijs iungeretur. Puellis aliquot, quarum pudicitia ob-
 propiā periclitari uideretur, per nostros facta dōs est:
 ac partim in legitimo matrimonio, partim in monaste-
 rīo collocate sunt. Perditii quidam homines aureis
 200. cum matre transegerant, vt filiæ pudicitiam uē-
 deret; id nostri odorati curarunt, vt filia matris do-
 mo abstraheretur. atq. honeste matrimonio tradere-
 tur; Alia item virgo in pari periculo constituta, uia
 matre abducta & inter Ursulinas (hæ Virgines sunt,
 quæ castitatem perpetuam seruant) posita est; quo in
 loco summa cum animi uoluptate, ritæq. sanctimo-
 nia versatur. Inter coniuges sæpiissime pax constituta
 est;

est; maxime vero laboramus nostri in componenda discordia, quæ inter virum & uxore orta universam cognitionem in partes distractaverat. Matronæ nobilissimæ sine causa filij venerant in suspicionem; ita ut neq. morti proxima eos in suum conspectum venire vellet: quæ res aeternam illis ignominiam, ceteris grauem offensionem afferebat. hæc de rei veritate certior à nostro sacerdote facta, filios aduocari iussit, usq. materna benedictione imperita, pie tandem vita functa est. Duo fratres cum graues inter se intimicias exercebant, Nostrorum suasu odia deposuerūt. Duo item fratres, cum alter alteri necem machinaretur, Nostrorum opera in gratiam rediere: sed cum nouis discordiæ caussis exortis, alter alteri letale vulnus inflixisset, per nos iterum ad fraternalm benevolentiam traducti sunt. Mercatorum ab alio suas rationes impediri videret, hominem de medio tollere constituit: sed à meditata scelere deterritus cum eo pacificatus est à nostris. Eos, qui capite damnati ad extremum supplicium ducuntur, omnibus Christianæ pietatis officijs nostri prosequuntur: quo in genere illud insigne accidit. Meretrix cum in religiosis viri cædem consensisset, legibus morti adiudicata est; hæc triduo ante à nostris confessione expiata, & ad supplicium perferendum confirmata, in eam sui sceleris detestationem, diuin.eq. bonitatis cognitionem venit, ut maximam omnibus mouerit admirationem. Etenim cum per urbem currat vehcretur, atque ignito forcipe (ut imparricidas solet) membra identidem carperentur; ipsa ne ingemiscens quidem, in diuinis laudibus defixa, ferri ardantis morsus Deo subinde offerebat; dolens se non

em ante cognosissimis, lxiij. illa omnia effidicabat praes
tis, quae suis sceleribus deberentur. Cum autem ad locum
vobi homicidium suorum patrum pernamentum ef-
ficeret, & carnis ex mulierem manum, ut pcederetur,
porrigere ius efficeret, non hanc inquit, nam deverbam, sed
tum corpus militias cruciaribus pro Jesu liberet obiqui-
eiam, cumque valde plena orationem ad populum ha-
buerit, vita cursum feliciter absolvit.

COLLEGIVM BRERANVM.

ET S. I. superioribus annis ita Mediolani institutio
res est, ut Domus quidem professa in sciture proxi-
morum, Collegium vero in litterarum studijs maxime
perfetur: tamen hoc anno tam fructuosus nostrorum
labor fuit, ut in exercitorum etiam redundant. Atq. vii
abrijs, qua magis propria bimisce loci sunt, inscipiant;
schola ipsa discipulorum numero & genere, bona que
apud omnes existimatione crescunt in dies magis. Cum
enim fieri non possit, ut omnibus, qui nostras ad scho-
lae velut accedere satisfaciat; curatū est a nobis, ut eoru-
maxime ratio haberetur, qui ingenio moribusq. excel-
lerent. Quod quoniā in notum in vulgus est, sic sit, ut
certasim liberas nostras in disciplinam tradere cu-
piant, ac deprecatores viros clarissimos submittant:
dicitantq. homines, ad nostras scholas aditum gratia
patefaciendum esse. Hęc eadem de nostris scholis opini-
o Ticinum usque penetravit, unde matre ad nos Phi-
losophia & causa confluerunt. Sex in Societatem adscripti
sunt; duodecim alii ad alios religiosos ordines se conve-

terimus & tique hoc quidem demefica ; illa cum proximorum salutem magis coniuncta . Toto anni tempore in mortis templis , varceribusq. coniunctes habita sunt , multaque ad confessionem inducti ; incarceres etiam innotescunt . mos est Christianam doctrinam docendi , utique mortuis nisi , ac respertinis horis simul omnes ad litanias precesque recitandas conuenirent . Cum aliquando unus ex nostris in blasphemiam pro concione inuestus esset ; ad concionem viucti hanc inter se legem constituerunt ; ut si quis Domum blasphemasset , eius nomen ad indicem deferretur , atque in obscurissimum carcere destrusus , diuturna panti & frigide inedia maceraretur . quale ergo etiam in unum severissime animadversum est . Turca cum quid Christianos annos septendecim servitum ferriisset , animo semper obfirmata Christianam religionem respuit . Is tandem in Lusitania libertate donatus . Medicolanum reuicta cum veluti fugitivus comprehendens , & in laterrimum cancerem contractus effundere sibi visus est secundum quietem B. Virginem quae ipsum ; ad Christiana sacra suscipienda , hortaretur . itaque recessuano est Nostris communicata Christiana fidei rudimentis imbutus , ac tandem baptizatus , omnibus pietatis & integratatis exemplum est . Quadragessime vero diebus in vicina oppida excussum est . quibus in locis aliquot , qui se ipso . Demon mancipaverant , ad sanitatem reuocati sunt ; ludendi prauae consuetudines sublate ; atque in animis bonitatem magnis Christiane pietatis ardor excitatus est : sic plane , ut Sacerdos unus (ut alios interim taceam) duodecim Virgines fastui admodum deditas , ad eam morum modestiam

tradu-

traduceris, ut etiam se se Deo paullo post consenseris. Boromæus Cardinalis bis nobiscum int̄j. coniunctum, semel cum sollemnis cérimonijs aram in templo nostro dedicauit; iterum, cum nostris discipulis sacramentum Christi corporis communicauit.

DOMVS PROBATIONIS Aronensis.

Qui in domo Aronensi versantur, iij. pricipitate orationi ac mortificationi operam manarunt: maxima enim pars Novitiorum est, quorum uirtus excellens perfectionis cupiditas ad omnes officij religiosæ partes, nescio quomodo vehementius hoc anno incitata est. Unus quidem eorum, cum a patre, ut in patriam rediret, iniuraretur; tandem cum modestia illius blandis dieris reiecit, ut omnes, qui aderant, lacrimas non tenerent: paterque misera subito voluntate, etiam filij consilium laudare, & ut in suscepia vita ratione persistere, horari caput: discedensq. eidam confessione peracta, Christi corpus religiose suscepit. Neque vero domum tantam sese noster labor continuuit, sed etiam ad ipsos ciues, vicinaq. oppida manauit. Nostri enim euocati, sèpissime suburbanis Parochis subdicio iuverunt apud quos confessionibus audiendis, Christianaq. doctrina tradenda, egregiam operam posuerunt. Unus etiam in oppido vicino Quadragesime tempore maxima cum eorum populorum utilitate concionatus est. In quodam monasterio, monialium omnium sunt exceptæ confessiones, in his plurime etiam generales. Vir illustri loco natu's cum alio nobili item viro nostræ Societatis

cietatis meditationibus utiliter exultus est. Pacificationes aliquæ perfectæ; in his insignes due, quarū una quorundam fuit, qui se mutuis uulneribus male accepérunt; altera ciuium primariorum, ex quorum inimicitijs, quod graues iniuriæ ex utraque parte essent, consecutæ, plurimorum hominum cœdes timebantur. Sanctæ Praxedis Cardinalis quādiu ea in urbe fuit, apud nos familiarissime diuertit, atque ad rerum grauiorū consultationes nostros semper adhibuit, duosq. secum deduxit, qui populorum, ad quos accederet, confessio-nes acciperent.

IANVENSE COLLEGIVM.

Rerum Ianuensium hic ferme status est. Eorum, qui ad templum nostrum diuinarum rerum caussa ventitant, concursus in dies augetur; Nostri autem ad iuuandoz ciues primarios, qui in extremævitæ certamine constituti sunt, vel noctu adhibentur. Ad triremes præterea, & in publicum valetudinarium hospitalemq. pauperum domum, & in suburbia frequenter Christiani officiū pietatisq. caussatum est. Nostrer concionator, cum se, ipso Bacchanalium die concio naturum edixisset, longe plures, quam solerent, audiatores numerati sunt: quod eo die, pluvio cælo, locoque tam longinquo valde mirandum fuit. Consultū etiam aliquibus est, quarum pudicitia in periculū venire videbatur. Vnus consilio nostrorum concubinam invxorem duxit; Alter, concubina in matrimonium tradita, legitimis ipse nuptijs iunctus est.

E


C O-

COMENSE ET TAURINENSE Collegium.

COMI v'sitatis Societati muneribus res Christia-na bene gesta est. Taurini mulier longa nobilissima, etate, opib'asq. florens, sanctissimam vitam nobis auctoribus instituit. Multi nefarias pactiones commutarunt, aut male parta restituerant, in his quidam unicos 300. Et eo amplius. Inter coniuges discordie fabulatæ; quarum una etiam venenum mariti necandi causa comparauerat. Matronæ nobiles due, ne flagitium vulgaretur, partum sibi medicamentis abigere constituerant; à quo scelere Nostrorum opera sunt ab ductæ. Adolescenti nobili ac locupleti loco, cum is fortunas omnes suas obligurisset, Dæmon apparuit, tortatusq. hominem est, ut expiatis criminibus seipsum interficeret; faturum enim ut ita moriens recta in cœlum proficiuceretur. Is forte se ad Nostros contulit, magnoq. cum labore ab ea mente deductus est.

— Vir iruulentus & ciuitati vniuersi terribilis per nos ad commodiores mores reuocatus est. Is cum sibi ab inimico strui necem cognouisset, re cum confessario communicata, armatus illi obuiam processit, manuq. apprehensum in templum seduxit; ibi accidens ad genua supplex ventram petijt. ea re commotus inimicus confessus est, se ad id facinus ab eius uxore inductum esse, que videlicet in eo tantam morum mutationem pati non posset: Vxori præterea iniuriā omnē condonauit, que etiā per eā occasionē, nostris confiteri cœpit. In Catholicæ fidei sodalitio septuaginta circiter sodales nu-

Ue numerantur, quorum pleriq. Doctores, Mercatoresq. primary sunt; bi octauo quoque die sacram Synaxim obeunt: Pietatis, ut vocant, montem administrant: eleemosinis quoq. quas ipsi inter se corrogant (quingentorum fere aureorum quotannis ea summa est) ijs subueniunt, quos precario victitare pudet. Porro Dux nostrae Societati auere maxime videtur. Collegio Verceilensis centum aureorum vestigal annum attribuit; idem vi alteri Collegio aureorum 400. Prioratum a Pontifice Max. attribueretur consensit; Taurinensis ite Collegio multas immunitates concessit. Aduentus & Quadragesima temporibus nostrum contionatorem habere voluit: cumq. multis in locis sacro sanctas Quadragesimæ leges violari cognovisset, ea de re grauissimas questiones habuit, consilioq. cum suis initio, ne in posterum id malum ferperet, diligenter prouideri iussit.



P R O V I N C I A V E N E T A.



ERSA NT K R. in Veneta Provin-
cia e Societate duceti viginti sex, in
decem loca descripti: Venetijs in Do-
mo Professa sunt quadraginta, Nu-
gularæ in Domo Probationis trin-
ta, Patavij quadraginta, Brixiae totidem, Mutinæ de-
cem: Ferrariae, Bononiae, Parmæ, Verona, & in Fore
Liuij, in his singulis vicenorum numerum sere non ex-
cedunt. Societatem ingressi sunt nouem. Mortem
obiere quattuor.

D O M V S V E N E T A Professa.

Venetij valde ex sententiæ nos hoc anno admini-
strata d nostris est; neque enim locus fuit vol-
lus in urbe in primis nobili ac celebri, quin aliquem ex
nostris laboribus fructum perceperit. Generales con-
fessiones auditæ permulta, in his hominis cuiusdam
valde impedita; cuiusvit & si singula persequi liceret,
quamq. varijs artibus hominem, dum sese ad Deum
confert, Daemon sit aggressus; plerisque admiratio-
nem moueret: præsertim cum intelligeret, hunc ipsum
in eam

in eam tandem superioris vitæ detestationem diuina gratia, magnisque nostri Patris laboribus esse inductum; ut penitentiae causa durissimum vitæ genus sit complexus. Ad conciones frequentissimus est hominum nobilissimorum concursus: ipsoq. Christi Domini Natali die noster concionator in ædem D. Marci euocatus est, ut coram Duce, Senatuq. universo concionem haberet. qua re, quanti hominem facerent, demonstrarunt; cum id manus ad eum potissimum deferatur, quem lectissimorum hominum existimatione, ceteris praestare fuerit iudicatum. Sanctissime Eucharistiæ sedes aureis mille fabricata est.

COLLEGIVM PATAVINVM.

PAtanij Philosophie curriculum, Auditoribus circiter septuaginta, hoc anno primum institutum est. Sodalitas B. Virginis, que Doctoribus, & publica Academie Scholasticis constat, felicissimum plane pietatis cursum tenuit. Sodales in ea numerantur centum septuaginta spectati homines, quiq. magnos habent in virtutibus progressus. Hæretici duo sacrosanctæ Ecclesiæ reconciliati sunt, quorum alter adolescentis erat oründus è Germania, senex alter annos quattuor & septuaginta natus, qui annos quadraginta in hæresi fuerat. Hic damnatus capitis, dum omnia sanitaria consilia obstinato animo aspernaretur; nocturna voce, quæ ipsius pertinaciam redarguebat, commous, Sacerdotem nostrum iussit accersiri; cui confessus, Christique præterea corporis particeps factus, ma-

E 3 gnam

gnam animi fortitudinem in illo suppicio perferenda
præstitit, ut in eum non solum supplicia admodum

COLLEGIV M BRIXIENSE.

NE C. Brixiae deest Philosophie curriculum, hoc
anno inchoatum; quo loco casus item conscientia
re explicari coepi sunt. Ad conciones, que tempora
Quadragesimæ d' nostro concionatore sunt habita.
admirabilis fuit hominum concursus, et nullius memo
ria exstet. Concionatoris, qui eam in urbe æque tamq.
frequentia & plausu sit auditor. Eandem populi ap
probationem tulit alter in vicino oppido; ex quo in a
liud invitatus, d' popularibus in turmas descriptis, qui
obuiam longe processerant, benigne exceptus, summa
que gratulatione in oppidum deductus est. Posse
raq. die licet profecto verba fecit ad populum, cumq.
Curioni, qui ob controversias quisdam profectionem
meditabatur, reconciliavit; Christianaq. fidei rudimen
ta tradendi consuetudinem inuexit. Brixiae item insi
stens corus eorum est, qui in capitibz condemnatos
omnia pietatis officia exhibeant.

COLLEGIV M VERONENSE.

IN carceribus inuisendis Verone opera præclare
posita d' nostris est, cum permittatos ad ultimum
supplicium perferendum, & gratiam cum inimicis in
cundam induxerint. Quidam ex presenti suppicio
desperatione concepta, verum confessu, delicti re
niam

niam petiit; mortemq. sorti animo subiit. Sacerdos in castrum suburbanum profectus, militum plurimorum septennes decennesq. confessiones audiuit; tres legitimis inter se nuptijs coniunxit, qui dece annas in concubinatu vixerant; multas discordias sustulit; egit praeterea cum Castri Praefecto, ut mulierculam semoueret; quae licentiore confuetudine quamplurimos in flagitia inducebat.

COLLEGIVM FERRARIENSE, Bononiense, & Foroliuense.

Ferrariæ Germanus adolescens ad Ecclesiæ Catholicae gremium nobis auctoribus rediit. Bononiæ actum cum Episcopo est, ut ludi litterarij urbani iustrarentur; eorumq. magistri inducerentur, ut una cum litteris pietatem etiam puerorum animis instillarent. In Foro Liuijonus ab ulciscendi libidine renocatus est.. Templo tectum præclaro opere cœlatum laqueatumq. impostum est.

DOMVS PROBATIONIS Nugularensis.

OMNINO diuinitus factum est, quo minus Nugularenses Tirones, bis à scelestis hominibus igne in domum iniecta, omnes incendio conflagrauerint. Res gesta sic est. Grassabantur per finitima loca exsules rapinis, stupris, cædibus omnia replentes. Hic cum arcem Nugularæ inuadere constituisserunt, (ingen

res quippe ex illius expugnatione dinitias animo & spē deuorauerat) à nostris cēdibus (quo consilio incertum) facinus aggrediuntur. Itaq. noctu in struem lignorum, que eminebant ē tecto, clam ignem inūciunt; flammaq. aude conciente materia, omnia deflagrāsent, ni fratres duo, qui casu in hortos exierant, incendio conspecto, ceteros de præsenti periculo admonūfserent: sed adeo iam late, tecti parte consumpta, sœuiebat incendium, ut nec plurimis ex arce & vicinis locis ad opē ferendam confluentibus, reprimi posset. Quare cum nulla iam in humanis remedij spes reliqua esset, nostri sese in preces effundunt; à quibus P. Rector thecam, in quam Sanctorum reliquiae inclusæ erant, in ignem fidenter conūcit, isque statim extinctus est. Miraculum, qui aderant, exclamat; ipsamq. thecam, ne periret, per ipsas incendiorum ruinas querere consti-
tuunt, eaq. tam integræ est inuenta, ut ne funiculus quidem, quo ex collo suspendebatur, incendio sit affla-
tus. Idem periculum, aut maius etiam adiere nostri, cum mense post, quattuor candelæ ardentes diuersæ in locis inter farmentorū multitudinem coniecte sunt; sed perbelle cecidit, ut Nouitius illac iter faciat, cum inter rimas quid interlucere vidisset, ex su-
periorum dierum periculo suspicatus id
quod erat, locum concenderit,
malumque nascens opportune
discusserit.

P R O-

PROVINCIA LUSITANICA.



ABET Lusitania Societatis domicilia decem, in his transmarina duo, & una in Angolæ Regno Residentiam. E Societate numerantur tres et octoginta supra quadringentos, In Domo Professa Vlissiponensi quadraginta quinque, in Collegio Vlissiponensi tres & quinquaginta, in Conimbricensi centum octoginta quattuor, Eborensi quattuor et nonaginta, Portuensi quattuordecim, Bracarensi viginti nouem, Brigantino viginti, Funchalensi in Insula Maderæ quattuordecim, tantumdem in Angrensi in Insula Tertia. In Angolana Residentia tres. Ad Societatem accessere sexdecim. Morte sunt erepti sex. Tertius tirocinij annus ex Societatis nostræ legibus in Conimbricensi, Eborensiq. Collegio institutus est; eoq. Sacerdotes aliquot docendi discediue muneribus perfuncti enocati sunt.

DOMVS PROFESSA Vlissiponensis.

VLissipone nostri ex instituto Societatis munera sane quam viiliter exercent: nam confessionibus diuer-

diversarum nationum audiendis & diligendis, & nos
 comis adeundis; eorumq. qui sunt in vinculis, non so-
 lum animis; sed etiam corporibus iuuandis diligenter
 dant operam. constat duobus mensibus, præter Quadra-
 gesimæ tempus, in æde nostra plus octo millia hominū
 Christi corpus suscepisse. Concionum, quæ toto anno
 Dominicis, festisq. diebus habentur, fructus idem qui
 solet. declarat id tum frequentis populi concursus, tu-
 insignes morum mutationes; cum plurimi quæ fraude
 acquisuerant, suis dominis reddiderint, inimicitias de-
 posuerint, honestamq. vitæ rationem instituerint. Unus
 quidem à concione tantu ex commissis criminibus do-
 lorem cepit, ut ante saceram crucifixi imaginem pro-
 cumbens, roto se obstrinxerit correcturum semores;
 & quasdam peccandi illecebras vitaturum; ac mon-
 per confessione rite crimina expiauerit. Alteri diuini-
 tus inicta mens est, ut deletis anteactæ vice macilios.
 certo se Religiosorū ordini dicaret. quod cù vnde no-
 stris Patribus exposuisset, ab eo petiit, ut sibi die consti-
 tueret, quo peccata confiteretur. Pater diem Merku-
 ri dixit: ad quam diem venit ille quidem, sed negavit
 se satis adhuc paratu ad confessionem obeundam, itaq.
 in diem Dominicum reiecta res est; quo die subita mor-
 bo correptus, nondum expiatus vita decepit. Adhi-
 bentur fere nostri ad eos adiuuandos, qui ultimo
 supplicio afficiendi sunt; ex iis tres, venia impetrata
 ab accusatoribus, laqueo sunt à nostris erepti. Tur-
 caurus ad Christianam religionem adiunctus est. Qui-
 dam pro templo nostro inimicu opperiebatur, ut egre-
 dientem scopo interficeret; hunc Pater è nostris non
 modo

modo à suscipiente celere renocavit; verum etiam vi
ni manabat aduersario poteret induxit. Rex templum da
mung nostram inquisit, neque leuia erga nos benevolē
sit, figura exhibuit; nostrasq. concionatores interdina
adhibere solet. Profecti sunt hinc in Indiam quattuor-
decim, in his sacerdotes nouem, quorum tres erant
quatuor vociorū Professi, in naues quattuor (tot enim
potius) Lipsiensis soluerūt distributi. Atq. optabat
nostrī quidē, ut in quam paucissimas naves imponerē-
tur, quo minus inter se distincti essent sed nulla videli-
cerentur, nostris carere se passa est, quod negarent tā-
longinam et periculosa mānūgationem sine Sociorū
opera et iusta tenere se posse; idq. litteris etiā ad Regē dat-
is summa ope contenderunt. Maldívana insulae sunt
ē regione Cocini (undecim milliū numerus earum tra-
ducitur) harum Regis filius, regnheres, qui cum patre
Christianā sacra suscepit, in Lusitaniam venit hoc ann
o cū Rege quādā conjecturus, is apud nos diuertete
iussus, omnibus hospitalitatis officijs adhuc tractatur à
nobis. Henricus proximus Lusitanie. Rex moriens ter-
stamento cauit, ut tum suo, tum Sebastiani Regis fra-
tris filij demortui nomine, Hierosolymitanorum lo-
corum vobla peregrinatio à diobus suscipetur; iqq.
ut ē Societate essent, vehemēter se optare significauit.
nimis id Regibus de Societate optime metuus nega-
ri non potuit. Quare mense Decembri Sacerdos unus
cuna fratre, qui superioribus annis apud Mauros ma-
gno Christianorum captiuorum bono, seruuerat, littē-
ris commendatitius, & comiteatu liberaliter à Rege
Philippō, qui id ejam ipse per se à nostris contēderati
instru-

instructi, in viam se dederunt. Patres illi dno, qui capti
uorum redimendorum caussa, Algerium nobilē Mar-
ritaniæ Cesareæ urbem navigarunt; in ipsa navigatio-
ne cum bis nauis in Syrites incidisset, magnum adlere
vitæ discrimen: apud ipsos vero Mauros diu multūq.
vexati, tandem 130. è feruitute exemerunt; in his im-
puberes 90. quibus liberandis opera potissimum data
est; magnaque omnium gratulatione ad Valentia Re-
gnum appulerunt. Nostricum Regi exposuissent, quan-
graibus incommodis captiui apud barbaros premar-
tur; eum facile induxerunt, ut 20. aureorum millia in
captiuorum redemptionem daret: quo etiam nomine
alius, Patris suæsu, aureorum duo millia comulit.
Christianæ fidei rudimenta non in templis modo, sed
per orbis etiam ricos publice decantata sunt: quoq. res
multitudini, quæ ex omnibus compitis confluebat, gra-
tior esset, doctiores præmijs donati sunt, et symphonici
ci adhibiti. Hæc Pater obiit, qui annos iam iuginti con-
cionandi munere in hoc regno fungitur; idq. tanta om-
nium approbatione, ut nulla sit parœcia, quæ huiusmo-
di spectacula non expetat.

COLLEGIVM VLISIPONENSE.

VLISIPONENSIS Collegij reditus aucti hoc anno
sunt, villa per ampla, & utili à semina prima-
ria nobis testamento relicita: nouique Collegij ædi-
ficatio tribus aureorum millibus valde promota.
Eorum, qui nostras scholas frequentant, spe ma-
ior numerus exstitit; hi, quam egregia sint indo-
le vir-

Le virtuteq. preediti, vel unus declarauit, qui vetere
Iosephi continentiam in simili periculo constitutus, il-
lustri exemplo renouauit. Abelis codes mense Sextilē
representata est, Alberto Cardinali, ac tota fere Hi-
spaniensi nobilitate inspectante; ea tum actionis venu-
state, tum ipsius apparatus magni centia, omnibus ac-
cidit iucundissima; unum siquidem diadema, quod is
babebat in capite, qui Deum Patrem agebat, aureorū
30. millibus p̄stimatū est. Qua in re illud argumen-
to p̄nē comico accidit, vt, cum in tantarerum precio-
sissimarum multitudine, gemma magni precij, & glo-
bulus ex uniuersib⁹ furto sublata essent; fures ad eos
ipsoſ, ea, rendendi cauſa desulerint, qui nobis mutuo
dederant. Itaque fraude patefacta, satis babuerunt, ni-
bil ſeuarius in ipſos constitui. Saracenus claro apud
ſuos genere locoq. natus, qui Sarifi Mauritanie Re-
gis filio, quo tempore is hac in urbe versabatur, adhæ-
rebat; Christianam religionem complecti decreuit. huc
Archiepiscopus ad nos misit, vt Catechismo rite insi-
tutus, ſacro fonte in æde noſtra lustraretur.

COLLEGIVM CONIMBRICENSE.

COnimbricense Collegium, dum omnia circum pe-
ſtilentia populatur, inſigni Dei Opt. Max. benefi-
cio non attigit, neque eo tempore quidquam domi de
litterarijs exercitationibus, disciplinaq. intermissum
est. mense Aprili, vi morbi sedata, publicæ ſcholæ reuo-
catæ ſunt, maiore hominum letitia quam frequentia:
qui numerus etiuis ferijs transactis, multo opinione
homi-

hominam maior fuit, ut de vicina in oppida labor exercitus patitur, triginta circiter dimissi tum concionando, tum Christianam doctrinam docendo, rurores fructus retulere. Cuidam honesto viro duo fuerant filii, horum alter natu maior, litteris bene instructus, in quo parentis spes omnes possidet erant; cum interfactus esset, nigrum, et in gratiam cum inimicis rediret, pater exortari se passus est. Ecce nondum obducta cicatrix, alter filius ac subita mortis ad extremum vitae deducitur. Sacerdos e Collegio nostro, qui morientis confessione extinxiat, atque in extremo certamine confirmet, euocatur, is facile adolescentem induxit, cum ut ipse fratris cœdem condonaret, tum ut id etiam a patre impetraret. Itaq. adolescens interruptis ac morientibus vocibus patri significat, unum esse, quod ultimum ab eo petat in vita, neque fas esse, ut id sibi negetur: per hanc, inquit, horā, in qua sum constitutus, ac per eam, quam d' Deo spero veniam; rogo te, pater, ut ihs ignorcas qui fratre meū interfecerunt. Pater inopinata postulatione perculsus, cum hinc filij demortui memoria, illinc filij morientis precibus in contrarias curas distraheretur, nihil aliud respondit, nisi flebat. Sacerdos ubi hominem commotum vidit, ad pedes accedit, tandemq. impulit, ut omnia condonaret.

COLLEGIVM EBORENSE.

Eborensum Discipulorum mirus est in suos Præceptores amor & obseruantia; Theologie Doctri, qui pestilentie tempore pro ciuium salute obierat, ipsi

ipſi Auditores, ſumma grati animi ſignificatione; publice in tēplo nō ſtro parentarunt. Vnus e noſtris, quo die de dēcātis Hereticis publice ſentētia pronūciatur, frequēti grauiſſimorū hominum confeſſu concionem habuit; quod munus ab Uſſiponēſt Archiepiscopo, Inquisitore maximo Societati per litteras fuerat commiſſū. Cini uſbenignitas in nos non fuit obſcura; vnuſ enim viuēs aureos 600 nobis dedit; alter monies 500 legavit. Aliquot e noſtris in vicina oppida dimiſi ſunt; vnuſ à Brigantiae Duce euocatus vt Aduentus tempore concionaretur: duo aliū vt idē munus obirent, Pacem in iū projecti: Alij Beneuentum Eboranſis Archiepiscopi rogatiuſiſſi; quo in oppido, quod pestilentia metu defertum a Parochis eſſet, egregiam noſtri operam in Sacramentis adminiſtrandis, mortuis efferendis, agrisq. iuuandis collocaſunt. In alio etiam oppido eadem contagione laborante, noſtri Sacerdotis hortati inducti ſunt locupletes, vt terroribus subuenienter, hō nestiq. adolescentes operam ſuam ad humanda mortuorum corpora ultro conſerrent.

COLLEGIVM PORTVENSE.

VRbs etiam Portuensis communis pestilētia male valde afflīcta eſt: ſeptem hominum millia octo mensium ſpatio lues abſumpſit; in bis duos Sacerdotes e noſtris, qui ſuum ſtudium affectorum animis corporibusq. iuuandis dicauerant; nā a ceteris, que Dei ueniguita eſt, morbus abſuit. Hoc tempore duo e noſtris arā plicatili exſtructa ſacra facere, Christi corpus administrare, infantes baptizare, discordias ſedare, phar-

re, pharmaca, & alia medicamenta diuidere, omnibus omnia fieri, ut omnes Christo lucrificant. quos cum aliquando inter languentium turbas discurrentes Tribunus uidisset, cum reliquos fere Sacerdotes contagiosis metus ex urbe expulisset; ad ciues conuersus, En, inquit, iij, quibus in recipiendis tam difficiles se se maiores uestri præbuerunt: ecquod aliud habetis nūc in extrema miseria perfugiū? Octauus agebatur mensis, nec morbi uis remittebat: quare inopes auxiliū humani ad Deum & uota uertuntur. Ciues imaginem crucifixi præferentes, ad montem usque non longe positum, in quo erant affecti, supplicantes prodiere. Vbi ad monte agmen peruenit, cruce conspecta, omnes in genua prostrati, summis lacrimis & eiulatibus ueniam iræ celesti, finemq. pestis exposcunt. Pridie illius diei, qui sacer est D. Ioanni Baptiste, quem tubelarem diuum Circuitas præcipua pietate colit, sedata lues, non frustra supplicatum ostendit. Res miraculi loco habita, ipsiusq. diu meritis adscripta.

COLLEGIUM BRACARENSE.

Concionum nostrarum, que tōto anno habentur, insignis fructus est. unus, ut ceteros taceā, ita concionatoris uerbis commotus est, ut non solū crimina sit confessus, uerū etiā religiosæ uitæ se se consecrare statuerit, remq. familiarem in pauperes cœperit erogare. Archiepiscopus Bracarensis, qui nunc Episcopatu se abdicauit, in ijs comitijs, quæ ab Rege habita sunt, cum de Collegiorum nostrorum redditibus ageretur, Societatis

satis defensionem suscepit, ut diceret se, cum primus
in suam diocesim venit, eā offendisse instar situe sepiā
mudiue, & negotiis nepribus: nūc quidquid sit aus
in Sacerdotibus eruditionis, aut in adolescentibus hu
manitatis, aut dēnique in ciuitus pietatis; id sc̄dū So
cietatis Collegio secundū Deū acceptum referre. Duo
binc ē nostris, cum vicinum in oppidum excurrisse,
ministeria Societatis magno cum popularium fructu
obierunt, multæ generales confessiones audita, etiam
eorum, qui ipsos viginti annos nunquam favebantur.
Libertus, qui iniquæ servitui erat addictus, in libertate
sem restitutus est.

COLLEGIVM BRIGANTINV M.

Collegio Brigantina cum pleraq; cum alijs bnius
ce Provincie Collegiis sunt communia, cum il
lud proprium, ut discordias, que plurime gravissime
que in hac ciuitate existunt, sedet atque componat.
Mirandæ Episcopus, cuius in ditione Brigantia est,
cum primum in hanc vrbem venit, ad Collegium no
strum se contulit, atque à nostris tum oratione in tē
plo, tum dialogo in Collegi atrio honorifice exceptus
est. Is instituit, ut Kalendis Ianuarijs ab omniuersitate ciui
tate ad templum nostrum supplicatio sollemnis habe
retur, quo etiam die rem diuinam in æde nostra fecit.
Discipulorum nostrorum, quorum numerus valde est
auctus, egregia virtus est; hi cum diurna siccitate
valde laboraretur, confessione sacraq. Eucharistia ri
te obita, sc̄ ipsos acriter cædentes, supplicationem ba
uerunt

*Querimus sed quæ venis è nostris ad populum concionem
baptio, magnisque animorum motu exritabitur. Quæ
etisq; eodem die nubibus, magna vicimbrum decidit.
ad collaudationem etiam in ecclesiis publicis.*

COLLEGIVM FVNCHALENSE.

*Magna est Funchalensium curia de Societate
nostræ opinio. Eorum liberalitas cum aliis
nam hor ambo valde fuit illustrissima. Et crucifixi tabula
miro artificio picta dono data est, que plus 200. au-
reis stetit; alio item data est D. Iohannis Evangeliste
tabula, cui templum hoc est dicatum, pax preterea
argentea specularibus illuminata, in qua Christi cor-
pus adseretur, aureis ducendæ. Et deinde, hæc quo-
que sacra textili argento donata, hæc aureis centum
estimator, alio ita serica, præterea sexaginta cap-
tegendas bambuccero spore, & una ad sagrestum con-
uenientias. Hæc a ciabas ita nostrorū, illa viciſſim
nostris in casas profecta sunt. Contiones cam in ade-
maxima, tūm in alijs Insula parocq; Episcopi roga-
tu, magnaq; animorum motu habita. quo die de exire
mo iudicio nerba facta sunt, tactus ardor exsicit; ut
nocte, que consecuta est, genitus & flagra seipso
per orbem diuerberantum exaudirentur.*

COLLEGIVM ANGRENSE.

*Angrense Collegium in Insula, que Tertia dici-
tur, positum est; ibi nostrorum hoc anno pa-
sientia valde est exercita. Nulla fere ciuitas arden-*

ius nostra memoria Societatem expeririuit, maioreq; benevolentia quontam suscepit & colvit: nūc autem, hac Reip. conuersio tantam animorum commutatior nem attulit, ut nostri domi obfessi, nūquam pedem ad Societatis munera exercenda efferre possint. Sed neque parietibus virām fatis tueriuntur: igitur enim à militib; inventari frequenter est, e primum furorem, & flamas, Praetor urbanus vix à nostris vorinet. Idq; non ciuium quidem in nos odio & malvolentia, sed magis ducum ipsorum inflitti d' imperio. Tantq; autem commutationis causa illa ira sua, quod cum reliquum regnum in Philippi Regis potestatem veniret; & haec una insula eius imperium detinaret; nos sibi seque aquos prebuerint, neque suum in re tanta iudicium interponere voluerint. Sunt tamen etiam hunc aliqui, qui susceptum à principio amorem & benevolentiam diligenter seruent; his à magistratu commissum est, ut que ad vitā tolerandā necessaria sunt, his ad nos singulis hebdomadis deferant. Patet unus, qui Angrenensem Episcopum suam diocesim obeuntem comitabatur, cum duobus fratribus in Insula D. Michaelis substituit; ibiq; Societatis muneribus ex. instituto exercendis sedulo vacat.

ANGOLANA RESIDENTIA.

ANgola Regnum est in extima ora Aethiopiae posatum. in eo de nostris versantur tres, qui tum periculosis morbis, tum alijs difficultatibus via omnes hoc anno sunt exerciti. Sed eos videlicet

F 2 conso-

consolatur certas spes, quam ex Aethiopum conuenientia
ne capiunt; neque enim latiores unquam aut uberiori-
res fruges ager ille attulit; superiorumq. annorum
sterilitatem & inopiam, presentis anni messis impen-
dus etiam resarcisse visa est. Ad eam rem momenti
plurimum attulit victoria, quam de Angola Rege Lu-
sitani adepti sunt: quamquam ea Victoria magno illis
Stetit, neque cunctu magis dubio pugnatum unquam
est. Initio enim mortuis quidam inter Lusitanos vul-
gatus, maiorem ex eis partem extinxit: & auxilia, que
Congi Rex Lusitanis mittebat, ab hostibus cesa sunt.
quare animis corporibusq. ægri Lusitanæ obsidionem
vix sustinebant. Interea Lusitani, quin Loanda
insula sunt, de suorum periculo certiores facti auxilio
ciubus venient. Horum aduentu, obfessis ratus am-
nus accessit, ut subito crux pectora facta hostem procul
summouerint; atque ab eo die belli se fortuna ad Lusa-
tanos conuerit. Dies erat ille Natalis idem S. Ioan-
nis Baptiste, quem custodem ac præsidem equitum
principia religione Lusitani colunt. itaq. ob eius diei
victoriæ portus ille S. Ioannis nominatus est. Maxi-
me autem insignis fuit obsidionis tempore, Lusitanorum
militum pietas & religio; qui nunquam in aciem de-
scenderent, quin ab uno de nostris Sacerdote crimi-
nibus expiati, de eiusdem manibus sacram Eucharisti-
am susciperent: idem Sacerdos militibus, tempestiis
ciborationibus animos addebat, ac pro eiusdem sacrū
Missæ quotidie faciebat; edixitq. vt Christiani omnes,
qui aderant, quinque singulis diebus templum adi-
rent, Deumq. pro victoria suppliciter precarentur.

Quid

Quid igitur mirum Lusitanos ijs. præsidij superiores fuisse? Secundis enim aliquot inde prælatis factis, tertia nobilitatis Angolana pars in Lusitanorū se potestate fore dixit; ac Songa Regis Socer præcipua auctoritate prudenterq. vir, cum filio natu minore, alijsque regni proceribus ad Christum conuersus est. Songæ de Prætoris nomine, qui eum de baptismo suscepit, Paulli nomen est inditum. Additus est etiam regi arcus honoris quo, gentis ritu, Dux Aethiopum crearetur; permisumq. ei, ut coram Prætoribus sella tapetibus ornata in posterum viceretur. qui honor apud Aethiopes maximus, ei hactenus vni à Lusitanie Regibus delatus est, qui primus ex Congensi nobilitate Christiana sacra suscepit. Dici non potest quam multorum studia hæc Paulli conuersio mouerit: sed operariorum inopia satisfieri omnibus non potest. Angolæ finitimum est Congi Regnum, cuius incolis anno M. C D X C I. Ioanne I I. Lusitanie Rege, Christi fides ac religio à Lusitanis illata est. Magna porro est in eo Regno operariorum penuria; cum enim oppida numerentur 30. millia, Sacerdotes decem, ad summum duodecim sunt in vniuersum. quo sit, ut maxima inibi sit rerum diuinnarum ignorantia; Interrogati quippe incolæ de religione fideq. illud vnum. responderat, sal comedimus, propterea quod Ecclesiæ Ro. ritu ijs qui baptizantur, sal in os inseratur. Itaq. cum ad illud regnum Sacerdos unus è nostris gravissimis de causis profectus esset; per eam occasionem Aethiopes baptizavit 1557. Alter item Sacerdos in vicino pago circiter 400. uno die sacro fonte lustrauit, Idola plurima euertit, Chri-

Stigie Cruciis trophya constituit. Alterius pagi primitus vir idolorum signis diffingendis mirifice delectatur, quod ea re una, fiscitatis tempore, tempestuosim bres impetrare soleat: id quod eo magis mirum est, quod effusus imber, cum eius campos irrigauerit, vici norum agros, qui idola demoliti non sunt, non attingit. Reperiuntur in e tractu fluviatiles equi elephantonrum magnitudine, aliqui etiam superiores, terra pariter ac flumine infestis, linters enim dentibus calcibusq. subuentis; atque in terram exsilientes omnia cædibus compleant: Vnde ex his equis, cum ad eum pagum, cuius modo memini, peruenisset; ab Christianis facillissimo negotio peremptus est, stupentibus maxime incolis, quod non nisi magna cum suorum cæde, huiusmodi betrias confidere ipsi soliti essent. Hæc.

Aethiopes cum vident, miratur videlicet, & incipiunt credere magnum quid esse Christianam religionem; multiq. iam ad eam animatum adiccerunt.



IN INDIAE ORIENTALIS

PROVINCIA



INDIAE Orientalis Provincia omnium, quae sunt in Societate, vastissima est in ea numeratur Collegia octo in xxiuersum, locorum spatius valde inter se disiuncta, Goense, Salsettanum, Bazainense, Coccinense, Malacense, & quae in Iaponis insula sunt inchoata, Bungense, & Sunaense. Residentiae proprie ac distincte octodecim sunt, Chaulana, Bandoracensis, Tanaensis, Damarensis, Coulana cum ora Trauancori, Punalensis cum ora Pescarie, S.Thome, Amboinensis cum Malucensi, Sinensis in Machione Lusitanorum urbe: acto præterea in Iaponie Meacensis, Coccinocuensis, Firandensis, Nagusaque-sis, Omurensis, Cuciana, Facatensis, duque, Amangu-tenses. His addi posset Residentia Aethiopie, & Missio nostrorum in Regnum Achabar, qui vulgo magnus Magor nominatur. Sunt præterea minores aliae Residentiae in India, vix & præligig Residentijs Collegijsue distinctæ; multique item e Societate sunt per huius Provinciæ regna dispersi; de qmibus singulis suis locis aliqua perstringetur. In his omnibus locis Sociorū numerus est ducentorū octoginta septem. Societati nomina dederunt 13. preter eos, quos in Iapone

*in Societatem admissos auditum est. Vita migrante
nouem.*

Ex ijs nauibus, quae e Lusitania soluerunt, tres, in quibus Franciscus Mascarenas Prorex vebebatur, Goensem portum incolumes tenuere; quarta 16. kal. Nouembr. ad Coccinum appulit. Classem nonnihil morbi affixerant, qui ministeriis iniucem & contagione per confertam in naues multitudinem vulgati, nonnullos extinxerunt. Ea res nostris (quattuordecim enim in quatuor naues distributi, profecti sunt) magna ad omnem patientiam & caritatis officium materia fuit; illudq. omnium iudicium fuit, multo maiorem stragem futuram fuisse, nisi nostrorum diligentia & curatio presto fuisset; quamquam ne ab ijs quidem morbus ab fuit; varie enim omnes & periculose ægrotarunt; verū Dei benignitate ex morbis omnes emerserunt: unus P. Franciscus Martinez in ipsa nauigatione mortuus, portum, ut speramus, Goensi multo meliorem tenuit. Barbarorum conuersio bene succedit. tria circiter milia baptizati sunt: plurimi Christianis adhuc præceptis imbuuntur. qui numerus longe maior fuisset, nisi dissensiones, quæ inter huius regionis Principes extiterunt, Euangelij promulgationem impediissent.

COLLEGIVM GOENSE

ALIT Goense Collegium 109. è Societate, qui tum in Christianis in officio ac fide retinēdis ac promouendis, tum in Etnicis ad Christi cultum traducendis, diligenter inuigilant. Confessio & communio in populo no-

pli nostre ita frequens est, ut festis diebus, præcipue vero iubilæi tempore, communicantium capita censa sint duo millia. Dimituntur Nostræ in varias urbis regiones, qui servitiorum, & eorum, qui carcerebus detinentur, confessiones audiant. curatq. est, ut in ipso carcere facellum ædificaretur; in quo ad vincitos singulis diebus Dominicis rem diuinam nostri faciunt. Quadragesima tèpore singulis diebus Veneris concio in tèplo nostro habetur, ad quam magni sexus viri usq. concursum fiunt: hebdomadæ autem sanctæ serij, etiam suppli cantes se seq. diuerberantes magna cum religione sub vesperam homines prodeunt. Sanctorum festos dies singulari cærimonia & apparatu celebrantur, tum quod ea ratione Neophyti in suscepta fide magis confirmantur, & paternas superstitiones dediscunt; tū vero quod ethnici huiusmodi spectaculis confunduntur, & vnam Christianorum religionem veram esse coguntur fateri. Dominicis diebus quindecim aut virginis nostris in parœcijs populo catechismum tradüt; semperq. per eam occasionem ethnici aliquot in Christi rete compelluntur. Duo viri nobiles cum grauiissimas inimicitias interesse exercent, odijs depositis mutuam benevolen- tiā susceperunt; eorumq. alter, qui fecerat iniuriam, veniam ab aduersario supplex publice petiit.

Baptismi hoc anno inter ceteros habui sunt duo cum apparatu magnifico, primus quidem in Goano Collegio D. Pauli Conversionis die capitum 400. alter in oppido S. Laurentij tribus ab urbe Goa passuum millibus, ipso Martyris die candidatorum 650. Apparati sunt autem baptismi quam amplissime; quo Indi, qui valde exter-

externa cérémoniarum Specie capiuntur, peccatores ritus ac superstitiones non desiderent. Sub signis ostiis, re- cētibus vestibus induiti, quas nostri ex eleemosynis con- ficiendas curarunt, cum tibiarum tubarumq. cantu, ra- mos palmarum teneentes, agmine composto prodiere. Baptizatos suscepere nobilissimi quique; quia etiam ho- noris & benevolentiae causa, sua Cādidiatis nomina im- posuere. Prater hos, priuatis baptismis 200. circiter lustrati sunt. Datur autem opera diligentissime à nostris, ne cuiquam Christiana religio fraudis sit; id quod facile Gubernatorum pietate ac religione con- sequuntur, qui Neophytis habent honorem, publicaque ijs munera credunt. quod Christianam rē non medio- criter adiuuat: propterea quod Indorum gens ambi- tiosior est, statimq. ad earum rerum studia accendun- tur, quæ apud ceteros esse in honore viderint. Rex Ca- tholicus Neophytes duos ex Indica nobilitate Christi Commendatores creavit; quæ res dici non potest, quan- tum vel populares letitia afficerit, vel ipsos ad Chri- stianæ fidei propagationem excitarit. itaque eorum al- ter, Cocino veniens Regis Malavarum nauim incen- dit: ac modo nauibus quinque præfectus, eo animo sol- uit ex hoc portu, vt aliquod egregium facinus in Infideles edat.

Ex hoc Collegio Aprili mense in Iaponem profe-ctus est Sacerdos unus comite fratre quodam. Alij duo Patres, frater unus ad Malucum sunt dimissi: qui enim anno superiore eo profecti sunt P. Georgius Fen- nandez, & Gomez Damaralius, in portu, dum confes- siones audiunt, ab Tais Christianorum inimicissimis inter-

interfecti sunt. In duobus item castris vicinis à duobus Patribus, totidemq. fratribus, res Christiana bene gesta est. Choranum proxima insula est, in ea visitatur nostrorum Residentia, qui eam vineam sane fructuosa colunt. Prope Collegij Suburbanum Ecclesia est S. Anne, hanc olim nostri administrarunt, multiq. adhuc supersunt, qui à nostris ad fidem sunt traducti. Huic curam denno suscipere, cum Sacerdote careat, summis Senatus precibus coacti sunt nostri, qui eam magno religionis incremento procurant.

DOMVS ROSARII.

Rosarii Domus anno superiore coemptis aliquos aedibus concinnata est. quæ, cum cælo sit valde salubri, soloq. ameno, ijs valde etiam commoda erit, qui affecta valetudine eo se receperint. Hæc Domus mense Februario habitari primum cœpta est, duodecim è nostris in eam profectis; in quos valde fuit insignis ciuium liberalitas; unus 1200. pardalos (monetæ genus id est) testamento reliquit: magna item pecunia summa in domus aedificationem deposita est. Neque vero minor fructus ostenditur; restitutions enim multæ factæ sunt, etiam à Saracenis Ethnicisq. in his aliquot dum millium pardalum; alijsq. præterea Societatis muneribus Christiana religio promota est.

COLLEGIVM SALSETTANVM.

Degunt in Salsettano Collegio de Societate 14. qui sex in Ecclesiis, quæ in eo agro sunt, minera 50-

ra Societatis administrant. Eius Collegij fructum non mediocriter impediunt bellici tumultus, qui superioribus annis ijs in locis excitati sunt; per quos tumultus, Collegium ipsum nonnullam suorum vectigalium fecit iacturam. Missus est ad res componendas à Rege Dux quidam, cuius prudentia, & auctoritate omnia in pristinum statum restitutumiri speramus. In castro, cui Rachol nomen est, templum hoc anno exstrui coepit, et forma pulcherrima. quod quantam ex lapidibus calceq. in ijs partibus primum est ex edificatum (cetera enim hactenus ex lignis paleisq. texebantur) pacem ac tranquillitatem Christianorum rebus in posterum ominamur: die Nivium, res diuina in eo solemnni ritu cærimoniali peracta est. In earegione conversiones quædam Gentilium existitere mirabiles, quæ exacta iam ætate ad id num reseruari videbantur, ut Christiana sacra susciperent. itaque aliquot baptismate abluti vita illico discedunt, Iesum in extremo spiritu pronunciantes. Anus quædam annum agens nonagesimum ad nostros venit baptismum petens; que pro capi articulos fidel edotta, baptizataq. biduo post migravit ad Dominum. Alter è nostris Sacerdos, cum in agro Gentili cuiða barbarorū confutaret errores, ac celestis gloriæ felicitatē exponeret; permotus ille caspi vehementer petere, ut nulla interposita mora baptizaretur: quod vires sibi sensim deficere, ac vita sue finem diceret instare, itaque pro tempore instructus ac baptizatus illico mortuus est. Idem Sacerdos iter faciens in annum incidit via labore defessam. hæc Patri per interpretem interroganti quænam esset; respondit num-

dit numquam se alias oppido egressam, tunc vera
intiore quodam animi impulsu actam cogitasse Ec-
clesiam adire, ut ad Christi familiam aggregaretur, ea-
que cogitatione magnam metu sue injectam laetitiam
verum ex lassitudine institutum iter se persequi non
posse. id audiens Pater edisserit mulieri fidei capita,
et salutari aqua perfundit. mulier paullo post pie ad-
modum defuncta est. Alia mulier in Saracenorum
terriss cum morbo laboraret, consequendi baptismū
causa, Salsetum potere confidit: cum autem propter
virium infirmitatem ad Ecclesiam accedere non po-
tuisse, in vnum & nosfus Euacuip, a quo baptizata fer-
tio die discessit ex vita. Hac igitur aliaque his similia
quotidie accidunt permulta, ex quibus liquido con-
stat quam Deus non sit acceptator personarum, quāq.
incomprehensibilia sint illius iudicia. Præter eos au-
tem, quos in S. Laurentij oppido sacro fonte renatos
esse dixi, Catechumeni supersunt 600. qui Christianis
præceptionibus ad baptismum rite suscipiendum
præparantur. Margani publicum valerudinarium est
ei Rex vestigalia attribuit, que satis sunt ad ægrotos
300. alendos: multiq. Gentilium, cum eò curandi cor-
poris causa se receperissent; per eam occasionem ad
Christi cultum inducti sunt.

COLLEGIVM BAZAINENSE.

BAZAINI de Societate 15. versantur magno cum
rei Christianæ adiumento. in Christi enim fidem
venerunt 200. alijsq. multi Christiana Catechesi eru-
diuntur;

diantur; ad quos ab eis attulit 250. sunt à Rege attributi. Concionatum confessionumq. fructus idem; quā solet. multi fraudatam pecuniam reddiderunt; in his aliqui pardalos 1000. inter multas conciliare pax. Quidam cum facinus capitale perpetrasset; metu supplicij ad Saracenos perfugit: is vi retractus capiteque damnatus; Patrem iussit accersiri; magnisq. coniunctionis signis generalēm vitā confessionem peregit. Missiones due factae sunt in castrum; quod ab invicto afferrando est sicutum; ubi res Christiana bene gesta est.

TANAENSIS ET BANDORENSIS.

IN Residentia Tanaensi quattuor è nostris communitantur: huius Residentiae alia duie sunt annexae; quam una est in S. Trinitatis vicino; altera in oppido Conditonensi S. Ioannis; in his singulis bini habitant de Societate. omnes autem in iisdem occupationibus aequi Christianos atque Ethnicos iuvandi laborant. Ad Christum accessere octoginta.

Bandora paruum oppidum est non longe ab urbe Goa; in eo quattuor è nostris versantur: qui in oppidanorum salutem toto pectore incumbunt. itaque tribus baptismis plus mille Christiani facti sunt; neque iam in eo oppido ullum veteris superstitionis vestigium appetit. Huius rei famam in alia mediterranea oppida penetrasse; magnisque animorum motus concitasse cognouimus.

R. E-

RESIDENTIA DAMANENSIS,

in missione & Chaulana.

Residentia Damanensis septem habet eis nostris usdā fore muneribus occupatos septuaginta ad Christifidem sunt conuersi, in his mulier benefica, quae mortuū adiudicata, ut baptizaretur, efflagitauit, ac supplicium spēi plena fortii animo pertulit. Templum omnium pulcherrimum, quod superioribus annis ex eleemosynis adificari sicut et cœptum, hoc anno ad tectum perductum est: in cuius adificationem non Christiani modo, sed ipsi etiam Elmici multis elemosinas contulerunt, in his unus 200. pardalos. Templum ipsum milibus virginum dicatum est, in quo sacrosantum unius ex illo numero caput dicitur. Generall missum, cum sollemni ritu ac ceremonia collocatum est. Diomus illam ciuitas festum ac sollemnem esse decrevit.

In Residentia Chaulana sunt eis nostris quattuor. Templo ex edificatum est commodum, in cuius constructionem 1400. aureorum sumptus facti sunt. Emptus est portus præterea, & fundus quidam, in quo dominus nostris adificetur in ea civitate, quod Indiæ portus sit ingens, multa è re diuina geruntur. Piratæ aliquot capti, capiteq. damnati Christianam fidem suscepérunt.

COLLEGIVM COCINENSE.

Constat Cocinense Collegium Socijs septendecim ad quos concionum sacramentorumq. causa constitutus.

curritur. Communicantum numerus maiore quam parte 500. fuit, confitentium etiam maior: præcipius vero festis 700. circiter in æde nostra sacram Eucharistiam suscepérunt. Maxima autem hominum multitudine ad nostrum templum confluxit anniversario Beatae Mariae Virginis. dic (is incidit in ante diem 15. kal. Ianuarij, nostriq. templi præcipiens est) quo die nongenti sacram synaxem obierunt: longe plures confessi nostris, in alijs templis communicarunt. Quadragesima tempore Dominicis diebus Christiana doctrina seruitus explicatur; magnisq. fructus ex eorum confessoribus perceptus est. Millii digitiis in rixa fuerat præcibus; quamobrem eadem, atque ultionem modis omnibus anhelabat; ita nostris confessus, ita mutatus est, ut aduersarium conuererit ipsummet, reum se fecerit, culpamq. deprecatus sit. Duo inter se coniugia iuncti, animis dissidentes ad concordiam traduxerunt, alter à nefaria ecclesiasticæ personæ nocendi voluppe, alter deductus est. Vir princeps morti proximus, unum de nostris Sacerdotibus vocari iussit, in cuius manus totum se tradidit, ut maiore cum luce ab eo in ihs, quæ ad animi salutem pertinent, regeretur itaque cum die quinto mortuus esset; magnam ex ordine, quo ille sua composuit ante mortem, populo admirationem reliquit. Cuius benignitas in nos valde fuit hoc anno illustris, quando 1260. Pardalum æs alienum est dissolutum. Ad sacram quoque vestem conficiendam, 1300. Pardali erogati sunt; cuius unum manuprecium 600. Pardalis estimatur (quamquam id quidem gratis constabit) præter ea, quæ Sodalitati, quæ in æde nostra instituta est, do-

est, donatae sunt; quæ summam excedunt ferè 300. Par
dalum. Cum nauis quædam è Lusitania tempestate ad
cas oras appulisset, nostri ad littus prodierunt excipiē-
dis ægrotis, & ad hospitalem domum deferendis. quo
exemplo commissi ciues in partem Christiani officij ve-
nerunt, ac certatim, tum humeris, tum sellis ægrotos
ad valetudinarium deportarunt; ad quos etiam alien-
dos multæ eleemosinæ corrogantur. In hac autem re
maxime existit discipulorum nostrorum plena pietati-
s; sedulitas; qui officium illud cum ceteris obijisse non
contenti, quotidie valetudinarium adibant, ut duos Sa-
cerdotes de nostris, qui in ipso valetudinario ægrotorū
caussa domicilium habebant, in egris ministrando iuuā-
rent. Et vero nostrorum discipulorum in omni Chri-
stiana virtute spectatum studium est; eorum multi ad
varias religiosorum familias sunt aggregati. duo ad So-
cietatem transferunt. Ii 300. in vniuersum ferè sunt,
quatuor in classes distributi; in quarum prima & alte-
ra docetur Humanitas, in tertia Arithmetica, in qua-
ta Abecedarij numerātur. Illa vero re Collegij buius
narrationem concludam, quæ primo loco. poni debuit;
in ethniorum conuersione nostri sedulo incumbunt.
atque in æde nostra baptismi aliquot ingenti pompa
sunt celebrati, in quibus quinque sexue fuere viri pris-
cipes: reliqui plurimi in diem S. Iacobi dilati sunt.

RESIDENTIA S. IACOBI.

SIACOBI Residentia ipsi Collegio Coimensi subiecta
est, duosq; habet è nostris, qui tum in ethnici conf-

G uer-

ueritatis, tum in Christianis confirmandis operam ha-
 uant egregie. Ipso die S. Iacobi 150. in æde nostra ba-
 ptismate iustrati sunt; anno autem in sequenti multos
 etiam plures futuros speramus. Multi enim ex ethnici-
 is baptismum efflagitant, quos interea spe sustenta-
 mus, dum rei maturitas adueniat. Unus tamen puer-
 ile baptismus nullo modo differri potuit; que quoniam
 miraculo ad Christianam fidem perducta est, paucis re-
 exponam. Ethnico cuiusdam in primis nobili filia nata est
 oculis capta, quorum concava informis caruncula ex-
 plicuerat id cum parentis vidisset, ac pro ea, quam cum
 Christianis habebat, consuetudine, multa supra naturæ
 vires, Christi Dei nostri ope facta olim audisset; vovit
 curaturum se, ut filia baptizaretur, si oculorum usus
 datus illi esset. Voto facto risum puella rerepit. Cum
 autem pater segniter cunctando, voti fidem exsolueret
 negligeret, filia subita vi morbi correpta ad vitæ finem
 perducitur. Tunc pater in voti negligēti memoriam ve-
 niens, votum iterum nuncupavit, filie se baptismum
 non ultra dilaturum. Itaque duplicitis voti damnatus
 pater, filiam ad templum deduxit; eaq. summa omnidi
 gratulatione baptizata est. In eam vero curam maxi-
 me incumbunt nostri, ut qui iam Christiani sint ita vi-
 uant, ne in eorum vitam Ethnici iure offendit possint.
 qua in re Deo iuuante non nihil effectum est. Unus
 etiam vir nobilis monitus à Confessario, reditus quo-
 dam lege ab ipso possideret non posse, in Confessarij se
 potestate futurum dixit, quod eo magis mirum videri
 debet, quod natione hæc in uniuersum lucro maxime ad-
 dicta est. In vicina quoq. loca subinde excurrunt nostri
magno

magnō Christianorūm, quī imbibūs sācra, bono. Cuto enim
in Ethniciis mīstī iuuant, eorum fidei puritati barbaro-
rūm consuetudo cōbēt plurimūm. quo sit, ut infantes
multi parentum incuria non baptizentar, parentesq.
ipsi ad Ethnicorum rīus superstitionesq. delabāntur.
Hęc tamen difficultates Dei gratia paullatim tollū-
tur. institutum est enim, ut Christiani omnes mensibus
singulis ad nostrum templum veniant; ex quibus se
quem nostri sese Gentilium ceremonijs aduiscuisse
compererint, et pœnas, quas videtur, imponant, quas
ipsi pœnas aequo animo, suorumq. sceleram desestatio-
ne suscipere videntur. Eius regionis Rex, Nonenib[us]
mense permisit, ut non longè à nostrorum Residentia
templum edificaretur. idem populus potestatem fecit,
ut Christiana sacra, qui vellet, amplectorentur, nor-
bris etiam, ut in Christianos illos animaduerterent, qui
Christianis legibus non viuarent. Aliud præterea tem-
plum S. Andrei, cum Christianoram, sum Gentiliumq.
ipsorum liberalitate constructum est; atque in eo sum-
ma Christianorum laetitia, barbarorum confusione re-
diuina nunc primum facta est. Multi Gentilium eo
commoti spectaculo ad Christum conueriti cōsperirent
Christiani vero, qui vel occulte barbarorum supersti-
tionibus fauebant, vel Christianam religionem palam
profiteri erubescabant; ad sanitatē redicere. Signū Cru-
cis dū erigeretur, multi Ethnicorū nobilitū affuerunt, ē
quibus missi, qui rē ante impeditabant, oculis in cælū su-
blatis, lacrimabundus, Da, inquit, Deus immortalis, po-
tes nempe, hisce rebus felicia incrementa, siquidē om-
nia in tuaq[ue]nūs gloriam, & honorem instituuntur.

VAIPICOTTÆ RESIDENTIA.

VAIPICOTTÆ Residentia Cocimensi Collegio similiter adiuncta est; duo ibi commorantur è nostris, qui subinde in Angamale excurrunt, cuius incole Nestoriana heresi ferè sunt infecti, Christiq. corpus ab ijs subvtræq. specie communicatur. à quibus tam erroribus sensim ad Rom. Ecclesiae veritatē traducuntur. est enim gens illa sum sue salutis cupidissima, sum vero nostri amans, neque vt reliqui heretici odio illo capitali ab ecclesia Romana dissident. Ad conciones et Missas ingentes sunt concursus, nostrosq. vt in suos ad se vicos quam frequentissime proficiscantur, multis precibus invitant. Sanè autem Concionatorum in ijs partibus mira paucitas est: numquam enim frequentiores, quam ter singulis annis, conciones babentur; ne in ijs quidem locis, in quibus Archiepiscopus, Archidiaconusq. versantur. quæ sit, vt Societatem nostram, cuius opem in animi corporisq. periculis semper ipsi presentem experientur, aequè summi, atq. infirmi magnopere diligent, atque obseruent. Eorum etiam plurimi iam Cassanarum, magistrorumq. suorum vitam publicè, priuatimq. detestantur. Cassanari enim cum nostrorum praesentia sumat apud populum auctoritatem imminuit videant; in dies magis, occulte nos odere Superioribus mensibus plebem concitarunt, vt ex ijs partibus nostri expellentur, quod eorum initiatem perniciem aliquam incolis afferre posse dicitarent. Sed videlicet veritati mendacium cessit; paucorumq. audacia, consensione populorum, qui nos re-

tine-

sinebant, victa est. quo in motu Archibisopii, & Archidiaconi benevolentia, ac studium in nos multo illius perspectum est; quia etiam nostra opera, & consilio ad res omnes temporales, ac spirituales aquae vuntur; potestatemq. fecerunt libera in omnem illam oram excurrendi. Cupiebant maxime Christiani, ut ipsorum festa celebrarentur a nostris; id hoc anno Assumptionis B. Virginis die fieri est coptum; quo die Sacerdos e nostris ipsorum lingua concionatus est, ac iubilatum promulgauit, quod tribus abhinc annis Archiepiscopi, ac P. Generalis rogatu, Pontifex Max. dedit, cuius causa multa hominum milia confluxere, plurimi etiam sacrum Christi corpus ritè suscepimus.

RESIDENTIA COVLANENSIS, & Trauancori.

Coulani septem resident de Societate. Ex iis enim, qui ad fidem conuersi sunt, familiæ nobiles due fuere, quarum altera capitibus 14. altera 19. senseratur. Haec ad Christiana sacra deserenda ab Eshmico dynasta sollicitata, cum in suscepio proposito persisterent, barbarus rumores sparsit, vi eam ad Christianam religionem perirrectas. Itaque (quod erat divina tunc visum est) in publicum productæ, atque interrogatae, ea responderunt, quæ aduersarij silentium imposuerint, omnemq. in posterum calamitandi occasionem præciderint: Durum factum animi ad cordiam reuocati sunt, quarum altera cum inter Praefectos duos strenuos viros, altera inter cives esset affi-

nibus florentes; cedes ingentes glisterentibus odys portabat.

Oram Trauancorensem tres incolant e nostris, quæ Superiori Domus Coulanensis parent; in perpetua quadam peregrinatione viuant: totus enim ille tridius qui vastus est, ab ipsis percurritur Christianorum locis Vislandis, usq. in fide confirmantibus in re magna sepe ad eum uitæ disserim: ob flumina, quæ frequentissimæ occurrunt. Verum itineris molestias, quæ sene maximæ sunt, suaves redditus fructus qui ex Christianorum emendatione percipiuntur ingens: infantes enim plurimi baptizantur, parentesq. ad meliorem habitationem reducuntur. Res accidit in iis partibus permira, qua incolis multo maior in S. Crucis signum sporas cultusq. iniectus est. Cum enim mulier quadam ex mancipientibus, ad Crucem turatura accessisset, eterrimum sibi morbum imprecata, ni res ita se haberet, perirebat; postero die vero ipsa morto corripiuit, utque a domino, qui morbi contagionem timebat, docto exicitur. Itaq. cum ab omnibus deserita esset, index misericordia comitorus, malierem ad Crucem ledit, moributus perirebat quam suppliciter posset, venium petat, ipsilum etiam pulueris, quo ad hanc Crucem iactebatur, illius collo suspensum. Miserum dictu: terito dicitur, fana facta est.

PESCARIAE, ET AETHIOPIÆ Residentia:

Tunc in Pescarie sexdecim aversantur: Societas maximis illi quidem, sed vallisimis occupationibus

dus differentiarum præter concionem, quæ singulis Dōmīnīcīs festisq. diebus ad vniuersitatem fit; quin et præterea hebdomadis singulis ad eos, qui frequentius conuentur, habentur abdicationes: bina quidē ad viros, tertia ad mulieres separatis, quarta ad Scholasticos, quinta ad servitū; ex quibus fructus colligitur non exiguis. Confitentium magna pars suā hoc anno, 900. circiter generalem vitæ confessiōnem instituerunt; atque ut his vacari possit, qui videntur eagentiores; coguntur nostri confessiones eorum, qui sacramentum illud frequentius obeunt, in alia tempora reiçere. Baptizati hoc anno sunt aliquib[us] natu iam glandes, quorum baptismus Paschatis ipso die peractus est. quāquā in ea re nequaquam præcipites nostri sunt: nullus enim ad illud sacramentum admittitur, qui non lentè probatus sit; quæ etiam cautio adhibetur in Eucharistiæ sacramento: Paschatis tamen serijs 800. ex incolis communicarunt cum Præfecto loci, & omnibus militibus; qui etiam nostrorum suāsu veteres quasdam inimicitias deposituit. Alter circiter annus est, cum nostri Crucem in ijs partibus erexerunt; ad eam magnus Christianorum, & gentilium concursus est: quo etiam in loco ijs se impetrare dicunt, quæ postulauerint; eleemosineque plurimæ ab ijs conferuntur, ita ut earum summa hoc anno 300. aureorum fuerit: quæ omnes in pauperes familias distribuuntur. Manar Lusitanorum arx est: cuius Præfectorus cum ab incolis dissideret, ad concordiam cum ijs per nostros traductus est: incolæ etiam se re omnes communicarunt.

In Aethiopia tres de Societate versantur, qui pu-

filium Catholicorum gregem inter tot barbaros atque Schismatiscos præclare tacentur. ij Lusitanie Regibus & Barnagao extintis, ab Aethiopum Rege vexari cœpiti sunt; propterea quod is, vi. clatoris aliquot de Turcis partis clatus, dictitat sese Christianorum ope non indigere.



PRO.

PROVINCIA BRASILIENSIS.



O N S T A T Brasiliæ Provincia
Societatis domicilijs octo, in qui-
bus Socij centum triginta septem
habitant in uniuersum, In Baya-
censi Collegio septuaginta quinq.
In Collegio fluminis Ianuarij vi-
ginti, In Pornabucensi sexdecim,
In Residētia S. Vincētiū septē, In Residentia Piratinin-
gensī quattuor, In Residentijs Spiritus Sancti, Portus
securi, & Ilbearum, in his singulis seni commorantur.
E vita excessere tres. Ad Societatem quinque sunt
aggregati.

COLLEGIVM BAYACENSE.

Nullus nostra patrumque memoria fuit hoc, an-
nus corporibus agrisq. faedior, nullus itē animis
salubrior, ut videatur Deus rerum temporalium cari-
tatem, leta spiritualium messe compensare voluisse.
Vtrumq. perstringam breuiter. Sub initium veris tan-
ta coorta tempestas est, ut numquam his locis maiores
aquas fuisse constet, siquidem alicubi ipsi etiam colles
dicuntur subseditte: Typhones præterea venti per eas
dies

dies erumpentes non solum maris vehementissimis fluctibus commouerunt, sed rapidis etiam vorticibus procerissimas arbores procul exstirparunt, omniaq. fœda clade protruerunt. Hanc seuam temporum procellâ senior pestilentia exceptis, que in hac barbarie ita per bacchata est, ut in usum huius orbis adem maximam duodenii diebus singulis mortui inferrentur; ut alios interim raceam, qui vel in alijs templis ad sepulturam dati sunt, vel quod ethnici essent, in agris siluisq. humo riumque contegebantur: In uno quidem pago, cui nos presumus, ipso bidui spatio sexcenti sunt extinti. Excepuit hec publica calamitas sex e nostris Sacerdotibus, qui fratribus totidem comitibus, omnium sam oram magnō cum ritore discrimine lustrarunt, singulis quippe multa passuum milia, eaq. mari non admodum pacata percurrenta erant. Verum id ijs, id ceteris quaque urbe subsederant, præclare constitut laborum suorum fructus; per exemplum occasionem his mille id quingenti sunt excepte confessiones, id quidem pleraq: exponit, qui triginta vel quadraginta ipsos annos, aut etiam numquid etiam tricentina expiaret, ut splendide trecenti sacro baptisme abluti; 330. legitimis inter se nuptijs iuncti sunt. ex quo excepit Novellus.

Ragris manus est altissimus in interiori Brasilijs dictat ab urbe Dery, 100. passuum militaria, porro ad meridiem in septentrionem 90. protendit: huius incola qui sane fragilitates sunt, per iniua id præscripta istinera peritos regionum viserunt ad nos; cupere se sedentibus horas oras transferre, sed ab hostibus prohiberi, qui in iherusalem ob siderent. Missus sacerdos est euangelizandus tefra-

te fratre quoddam, qui cum ipsis Rariensium hostibus ageret, ut per suos fines eas ire paterentur, nouæq. colonæ deducendæ processet. Iter eo pœne inexplicabile est per vastissimas solitudines; passim fluminibus occurruntibus periculoso; rerum præterea omnia in opia vix tolerabile; quippe viatores non raro venenatis servientibus vesci coguntur. Ac frater quidem hisce itinerum difficultatibus cum in grauem morbum incidisset, in Indorum pago substitit barbarorum hominum linguaq. admodum diuersa, ut mitibus semper vitendum fuerit a quibus tam humaniter tractatus est; et ipse Dux curam eius adolescentibus aliquot auctupi, ratione sq. laude præstantibus nominatum demandarit. Quia is curatione brevi convaluit, Patri emq. Rari assecurans est, qui cum à Rariensium hostibus impetrasset, ut per suos fines liberum transitum darent, que ad eam profectiones necessaria viderentur, diligenter comparabat. Cum autem ad iter omnia expedita essent, Hibrides (genus id est Indorum Lusitanis nistum Mama lactos nostrarates vocant) rem totam disturbare aggressiuncur. Hi enim Indorum simplicitati mitifice illudere soliti, ægre videlicet ferebant, eos alio migrare; quod suis artificiis ac fraudibus inter nos locum non futurum intelligerent. Itaq. plebi se insinuant, eosq. ne Patri se credant, multis mendacijs deterrerent, quibus mendacijs operante multitudini, barbare præsentim ac suspiciose facile persuasum est, ut profectionis consiliū abiiceret. Ducenti dumtaxat in sententia persistere, qui Patri duce, Iulio tandem mense in hos pagos peruenierunt, communiq. omnium gratulatione sunt excepti.

C O L.

COLLEGIVM FLVMINIS

Januarij.

Fluminis Januarij ciues multis ante nostris officijs obstricti, nono & insigni beneficio nobis hoc anno sunt obligati. Quo enim tempore Gubernator cum vniuersa fere ciuium multitudine, ad hostes debellandos in interiora regni profectus est; tres Gallorum barreticorum naues in hiis vrbis conspectum se dederunt. Ii cum pluribus tormentorum significationibus Zenses ueteres Gallorum socios frustra euocare connati essent, passis velis per Ianuarium flumen urbi apropinquauit. Perterrita ea res plurimum vacuanis militibus ciuitatem, praesertim cum per eos dies fictus rumor dissipatus esset, male pugnatum esse, nostrosque ab hostibus plane iuctos ac deletos. Itaque cum non modo ad expeditionem, sed ne ad stationes quidem satis virium esset; ipsa Gubernatoris vxor, dux agminis mulierum, pro manibus armatorum militum cohortis specie hostibus exhibuit: Maxime autem Administratoris quem legatum urbi discedens Gubernator praefecerat, opera eo die exstitit: in quo omnium iudicio neque prudentius ducis, neque optimi pastoris officium desiderari est. Neque uero in ea trepidatione cessatum est a nostris, partim enim domi precibus apud Deum uacabant, partim Administratori praesto erant: ipsi trabes, saxaque in loca opportuna humeris subuehere, atque ex domestica supellecili, quecumque ad urbis defensionem necessaria uiderentur, ultra proferre, ceteris animos addere, & alia, que in tanto tumultu res posceret, minime-

ra omnia impigre obire. Interea cum hostes contento cursu peterent urbem, unica tormenti significatio ne substitere iussi, uela submisserunt, pacisque insignibus praetensis, legatos cum litteris ad Administratorem mittunt; qui cum in urbem recepti non essent, certi sublatis ancoris digressi sunt. Ac diuinitus quidem factum est, ut hostes non ultra contendent, usq. expugnatio urbis difficilior uisa sit; etenim si proprius naues applicassent, praeiumque commissum esset: communis omnium opinio est, urbem nequaquam teneri posuisse: verum Dei Opt. Max. clementia ea mens hostibus adempta est. Hoc igitur beneficio sic nobis ciuitatem deuinxiimus, ut se nobis uitas fortunasq. omnes debere uulgo profiteantur.

C O L L E G I V M P O R - nambucense.

Pornabucensis agri messis haec ferme est. Vir nobilis tanto ære alieno erat oppressus, uix ut uideretur spes fore, ut aliquando liberaretur, præsertim cum nouis semper usuris æs alienū augeretur in dies. is nostrorum opera, neque sane magna rei familiaris iactura, debitum vniuersum dissoluit; Multa fraudata suis dominis restituta sunt, in his aureorum duo milia. Disturbauerat Sacerdos e nostris nefarium cuiusdam contractum: qua re is ira incensus, iniuriam se ulturum professus est: tandem multis conscientie stimulis concitatus, patrem ipsum adiit, ueniamque petens crimibus ab eo expiatus est. Alter cum modis omni-

omnibus fratribus interfectorem iudicio persequeretur, neque ab eo consilio deduci potuisset; nostrorum tandem suauis omnia Deo permisit. Alius pellicem in uxorem duxit, cum qua virginis annos, & plus eo tarpicior vixerat. Multorum praeterea inopiæ, Virginisq. viuis pudicitia, corrogatis eleemosynis consultum est.

RESIDENTIA ILHEARVM.

Quæ in Residentia Ilhearum, & aeteris, quæ ad australiem plagam posita sunt, nostri ordinis homines gesserat, nobis non omnino exploratum est; eo quod eorum litteræ minime ad nos hoc anno peruenient. Illud vero constat fama perfertur Ilheares D. Georgij Martyris beneficio (cuius as. R.P. Generali sexto ab hinc anno illuc missus est) grauissimo hoste liberatos esse. Res autem sic se habet. Aymures genus est hominum ne an ferarum? crudelissimum, quippe qui pueros puellasq. viuetes videntesq. membrum mandant, cæsq. prægnantium mulierum utero infantes extrahunt, quos verubus assatos in ipsorum parentum conspectu crudeliter vorant. Cum his ergo Aymuribus Ilheares superioribus annis ita bellum gessere, ut plures semper ex ipsis desiderarentur: sed ubi os Martyris eodem delatum est, belli se fortuna ad nostros inclinavit. multis enim secundis prælijs confectis, Lusitanis nullum, Ilheares admodum paucos amiserunt ex suis; adeo ut in multos annos debellatum videatur. Id vero vulgo omnes pro sua pietate ac religione viuis Sancti Georgij me-

gymneris acceptum referunt ; cuius anniversarii diem summa veneratione rite celebrant . Ex priuatis præterea litteris (publicæ etiam ut dixi desideratæ sunt) cognitum est quingentos ad Christi ecclesiam aggregatos , ac totidem criminibus confessione purgatos multa quoque dona , tum in templi ornatum , tum ad nos alendos collata ; atque in his aureos centum viginti , quibus sacrae vestes aliquot confectae sunt .



PROVINCIA TOLETANA.



TOLETANA Prouincia in quatuordecim domicilia dividitur, habetq. de Societate circiter quadragecentos et octoginta. E quibus Toleti in Domo professores tres & quinquaginta numerantur, in Collegio Complutensi centum & decem, In Collegio Madritano sexaginta, In probationis Domo Villaregensi tres & quadraginta, In Collegio Oropense septendecim, In Collegio Naualcarnero, & Carricensi singulis viceni. In Placentino, & Huetense singulis triceni, In Conchensi, & Belmontensi singulis viceni bini, In Ocanensi octodecim, In Sicuritano duo decim, In Murciano tres & triginta.

Hic annas reliquis rebus letus, multis morbis sub finem fædatus est. Decem ex nostris extinti sunt, quorum vicem prestitere tres & viginti ad Societatem ad scripti. Ceterum Societas sollemnibus ex instituto munieribus, principumq. virorum studio ac benevolentia suum cursum felicissime retinuit. In his Toletani Archiepiscopi S.R. E. Cardinalis merita in nos existunt, qui quibuscumq. potest rebus, nostram Societatem tueri, & ornare non desistit.

Com-

*Compluti ædes nostris auctōribus cœmpta sunt, in
quas feminae se recipiant, quæ ad honestatem à flagi-
tioso, quæstū traducuntur.*

Ocanij inter nobilissimas familias cædes interue-
nerat, quæ res sic alterius partis animo ad vindica-
tionem incenderat, vt nullius opera, sexdecim ipsis
annis pacificari potuerint; gliscenteque in dies
odio, insigne aliquod facinus timebatur: hi tamen
magna nostrorum contentione in gratiam amicitiamq.
rediere. quorum etiā labore industriaque dis-
fidia inter coniuges, grauesque aliquot similitates su-
blatæ sunt.

Duodecim & eo plures Sacerdotes per Aduentus
& Quadragesimæ tempus, alijs in alias huius Regni
Prouincias missi sunt: atque tum in omnibus locis, tum
in Cauriensi, & Saguntinensi Episcopatu, quo se no-
stri Episcoporum vocatu contulerant, bene gesta Chri-
stiana res est. Batueci populi sunt in extrema Hi-
spania Lusitanis proximi, silvestri cultu ac moribus;
ut pote qui neque ciuitates habeant, neque cœtus
colant; sed ferarum ritu fusi per montes ac dispersi
vagentur. Apud hos nostri (quod ij ferè pastore
careant) sane quamfructuosam operam collocarunt,
in hominibus ab agresti illa feraque vita ad humanum
Christianumque cultum transferendis, confessione ex-
piandis, mortuis humandis. Accidit etiam, ut sacro-
sanctam eucharistiam millia passuum octo ad ægros
extulerint; quos etiam nostri oleo sacro rite per-
ungebant. Quibus rebus principes aliquot viri ex-
citati sunt, ut Societatis Collegia suis in urbibus ædi-
ficari



scari summopere cupiant; atque in eam rem amplos
reditus deferant. Ioannes Pacecus domus Villare,
giensis Fundator ad ceteram habitationem
amplam atq. magnificam, templum
eiusdem operis adiungere con-
stituit: eamq. ædificatio-
nem breui, illius
liberalitate
absolutum iri spe-
ramus.



PRO.

PROVINCIA CASTELLANA.



ENSE TUR Castellæ Provincia Socijs quingentis, qui in octodecim sunt domicilia dispartiti. Vallisolettæ in Domo Professa quattuor habitantæ triginta, In Collegio Vallisoletta- no quinque & quadraginta, In Domo Professa Bur- gensi quattuor & viginti, In Collegio Bellimarensi quat- tuordecim, In Domo Probationis Medinensi quinque & triginta, In Domo Probationis Villagarsiæ trigan- ta, In Collegio Montis regalis tres & viginti, In Colle- gio Salmanticensi quinque & septuaginta, In Abu- lensi duo & quadraginta, In Segobiensi sex & trigian- ta, In Quetensi duodecim, In Compostellano septem & viginti, In Legionensi duo & triginta, In Lucroniensi tres & triginta, In Onmatensi octo, tantundem in Pompeiopolitano. In Societatem recepti sunt unus & vi- ginti. Obiere sex.

DOMVS PROFESSA Vallisolettana.

VAllisolettæ concionum fructus maxime constitit. nam præter conciones eas, que in templo no-
stro,

stro, & in alijs, parœcijs Monasterijsq. habebantur aliae tres haberi hoc anno cœptæ sunt: quarum una ad Senatum, altera ad fidei Inquisitores, tertia in æde vrbis maxima habita est. Has omnes conciones, insignis animorum motus, morumq. emendatio consecuta est. Qui nostro in templo sacram Eucharistie sinaxim obiere, eorum numerus 25. millium fuit. Duo viri cum suis concubinis legitimis nuptijs coniuncti sunt. Ad religiosas familias circiter viginti se contulerunt; in ijs etiam aliquot illustri loco nati. Mendicis omnibus Quadrageſimæ tempore Christiana doctrina tradita est; ijsq. nobilis cuiusdam viri liberalitate, sunt elemosinæ distributæ. Mauri duo ad fidem conuersi sunt. Adolescentes multi ex Academia singulis mensibus confessionis & communionis causa ventitant ad nos; quorum ea pietas est, ut publicum valetudinarium frequenter imuisant, ægrotisq. ministrent, Aduentus vero & Quadrageſimæ temporibus ter singulis hebdomadis sese flagris apud nos cœdant. Ioannes Emmanuel Episcopus, festo corporis Christi die, in æde sacra nostra maxi: & bonum consensu concionem habuit, doctrine pietatisq. plenissimam, cum illustri testificatione sue in nos benevolentie.

Collegium Bellimarensē.

Collegium Bellimarensē Domini Burgensi adnexus est, in eo propter excusum rendi vicinos in pagos opportunitatem, quatuor è nostris versati habentur sunt, inque sine fructu, cum ex uno vico quinq; ganti ad nostras conciones audiendas interdum confluerint.

xerint. Quibus rebus adductus Archiepiscopus est, vii.
nosterorum numerum amplificaret, itaque quattuor-
decim inibi Socios suis alit impensis.

C O L L E G I V M V A L L I solettanum.

Neque minor fuit is fructus, qui ex litterarum studijs in Vallisolettano Collegio perceptus est. quamquam ne in proximis quidem iuuandis est ces satum: sed hoc præcipuum Domus Professæ munus, Collegium studia proprie curat litterarum; que Deo iuuante felicissimum cursum tenuere. Humanitatis studiosi septingenti circiter numerantur; in his multi claris natalibus: qui cum ad generis splendorem, doctrina virtutisq. adiungant ornameta; sic sit, ut nostros, ex quorum ij disciplina instructi exercent, vntuersi collant & diligent. Theologiae scholis, alijsq. litterarijs exercitationibus tum alij, tum ex religiosis familijs nonnulli frequentes intersunt; ad quos nostri similiter vicissim accedunt. Cum Dominicanorum conuentus Vallisoletti celebraretur; habitus est à nostris Scholasticis de eorum instituto vitæq. ratione dialogus; asq. ob eam rem vnuus eorum postea publice nobis pro cōtione gratias egit.

D O M V S P R O B A T I O N I S

Medinensis.

Illustrissimi Cardinalis Toletani nepuis, cuius maritus vita sanctus erat, cum diu in templo nostro

H 3 , sacra-

sacraenta frequentasset; filijs certisq. iniisis ac renitentibus, Carmelitarum mulierum asperrium vita genus complexa est. Multi à flagitiosa vita ad meliorrem frugem sese receperunt; in his Sacerdos unus, qui annos sexdecim viriliter vixerat. Turba unus à Mahomete ad Christum traductus. Hospitalis pauperum domus iam pene collapsa, restituta per nostros est. Missiones multæ factæ; in his duas nominatim Archiepiscopi Burgensis rogatu; qui & ad eam rem liberale viaticum. Et maria dedit templorum ornamenta, que oppidis distribuerentur. Qui profecti sunt de nosbris, usque in illa omnia offenderunt: decemq. dies in montibus ferarum plenis commorati sunt, inter agrestes homines: maxima in ipsi locis rerum diuinarum ignorantia, rarissime etiam Missæ sacrificio intersunt homines. itaq. montani magnam ex nostrorum consuetudinum lætitiam cepere; multumq. pro brevi illo tempore, de morum feritate abiecisse vix sunt.

D O M V S P R O B A T I O N I S Villagarsiæ.

Villagarsiæ in templo nostro, decem millia, hoc anno communicaunt; qui numerus, ut in parvo illo oppido, magnus est. multis exercitiis spiritualia tradita sunt. mulier quædam cum adulterij. coniuncta esset; in mariti potestate data est, ut ab eo lugularetur: verum summa nostrorum contentione perfectum est, ut maritus omnia ignoret; viuuntq. iam magna inver se se concordia. Hebdomadæ sanctæ serijs illustrissi-

strissimus Condestabilis, colligendi sui caussa, domum nostram se recepit; eosq. dies magna cum ceterorum edificatione in diuinis rebus posuit apud nos. Mihi sunt aliquot de more invicinos pagos, qui omnes praeclaros laborum suorum fructus retulere. Duo ad duum item oppida Ducasæ de Ferias profecti sunt, in quorum oppidorum altero ipsa Ducissa habitat, voluitq. ut familia eius uersa confiteretur; in altero trecentæ amplius confessiones auditæ. In alio similiter oppido sanctua animorum ardor excitatus est; ut alios muttere subsidio necesse fuerit; ac duodecim dierum spatio plus octingenti confessi sunt; quorum aliqui multos annos eo sacramentum carebant. Alterius etiam oppidi confessiones omnium sunt exceptæ. In alijs preterea multis locis res Christiana bene gesta est.

S A L M A N T I C E N S E , E T
Abulense Collegium.

AD Theologie scholas multi conuenient; frustusq. ingens per eam occasionem collectus est. Quadragesimæ tempore, ter singulis hebdomadis, post sacram lectionem se se Auditores in nostro templo dieruerberant. Turcamus ad Christi cultū religionemq. transiit; qui postea miserabili in speciem casu, sed, ut existimare possumus, plane ipsi felici, exiguum hanc vitam cum illa perpetua commutauit. Archiepiscopus Compostellanus 4. aureorum millia nobis dedit; quibus, alijsq. preterea eleemosinis aliorum, sex milium aureorum æ alicum dissolutum est.

In Abulensi Collegio magna fuit hoc anno confitem-
tum vis; confessionumque omnium summa subducta:
17: millum fuit ex his multæ generales, rna etiam an-
nivū quinquaginta, quibus rebus effectū est, ut multæ
multa legitimis dominis reddiderint, am veteres ini-
miticias deposuerint, unus præcipue inductus est ut si-
lī necem Deo permetteret. Archiepiscopus Tuamen-
sis Hibernus, cum illac iter ficeret, quindecim dies a-
pud nos tres diuersatus est, omniq. humanitate tracta-
tus. Collegij reditus annuis scutallis octoginta sunt au-
tti: totidem fere eleemosinis erogati.

COLLEGIVM SEGOBIENSE, & Montis regalis.

Segobiensis Episcopus in morte præ se tulit perspe-
ctum quidem nobis anteā & cognitum; numquā
tamen illustrius amorem suum in nos; cum & nostros
morbis tempore numquam à suo latere discedere vo-
lueret, ac de eorum manib[us] sacro[s]anctam Euchari-
stiam suscep[er]it. Is antequam Christi corpus suscep[er]it,
genibus nixus, per horæ circiter quadrantem, preca-
tionem hortationemq. habuit, magno cum animi sensu.
Eius mors grauius & molesta omnibus accidit, eo ipso
tempore, quo se ad Episcopatum Iustrandum accinge-
ret, secumq. de nostris unum adducere cogitaret. Paul
lo antequam mortuus est, singulis dominicis diebus, in
singulis parœciis Confirmationis sacramentum mini-
strauit: quoq. fructuosius ad illud sacramentum reci-
piendum sese homines compararent, voluisse ut ab uno
de no-

de nostris de illius vi ac præparatione concio semper
præmitteretur. Concionem in eius funere, Capituli uni-
uersi rogatu, habuit unus e nostris. In hoc prieterea,
Collegio Seminarium trium linguarum institutum est.

Ex Collegio Montis regalis variae hoc anno sunt
factæ missiones, tum in alia finitima loca, tum vocutus
Episcopi in oppidum, in quo ipse sedet. quo in oppido
conclaves habitæ in plateis sunt, & in summo templo;
Scholæ casuum conscientiæ ad clerum explicatæ: Chri-
stiana doctrina tradita; egroti in Xenodochio, in quo
nostrî diuersabantur, omnibus rebus adiunni. Excur-
siones inde in vicina oppida factæ; ubi quinque & vi-
ginti, qui odij inter se dissidebant, ad concordiam tra-
ducti sunt; multi mores emendarunt. In ipso autem
Collegio, præter conclaves matutinas ac pomeridia-
nas, que Dominicis festisq. diebus habentur, terna præ-
secrea singulis Quadragesimæ hebdomadis habitæ sunt.

OVETENSE, ET COMPOSTEL- lantum Collegium.

VI X dici potest quantus fructus percipiatur ex
missionibus, quæ veteri Societatis consuetudi-
ne indidem fuit in vicina loca, quorum pleraque ido-
neis ministris destituta sunt. id & alias superioribus
temporibus, & hoc anno maxime experti sumus. Pro-
fecti enim nostri in oppida finitima, plurimorum mor-
talium confessiones audierunt; similitatesq. multas sus-
cuerunt. in duobus & viginti oppidis iuramenti So-
dalitas instituta est. unius oppidi incolæ, cum pauper-
tate

care vehementius laborarent, Fundatricis nostrae libertate sublevari sunt. Collegij fundatio perfecta hoc demum anno est, villa etiam amoenissima coempta: suis tamen queritur idoneus ad futuram aedificationem, cuius spem adhuc non amisimus.

Illustrissimus Archiepiscopus Compostellani Collegij Fundator, cum ad nos tres Capitulorum abortationem habuisset; magno omnium cum dolore vita deresit. is aureorum millia sex nobis legavit; quibus Collegij fundatio ad exitum perducetur: nostros præterea cum Xenodochijs vrbis, aliisque pauperibus septendecim millium aureorum instituit heredes. Missiones tres factæ insigni cum populorum virilitate: amplius tria millia Rosariorum distributa; simulq. Rosarij recitandi ratio tradita. Vir nobilis cum Parocho, quem interficere constituerat, reconciliatus est. alius similiter cum Confessario, cui alapam inflixerat; in gratiam rediit. duo concubinas in legitimas uxores duxerunt.

COLLEGIVM LVCRONIENSE,

Legionense, & Numantinum.

Magna Lucronij Societatis opinio est; itaq. nobilitas vniuersa, atq. adeo ex vicinis oppidis magna vis hominū, consilij confessionisq. caufa confluit ad nos. Episcopi omnia in nos officia constant: 400 aureos nūmos annis singulis nobis erogat; multo plura datum, si facultas suscipiteret. idem dispensationibus nostris non interfuit modo; verū etiam, vt suum in nos amore declararet, argumenta ponere voluit. Multæ missiones

nes factæ, in quibus inimici e sedatæ sunt quattuor; una inter duos Sacerdotes; altera inter duas nobiles matronas, quæ oppidanorum studia in duas diuersas factiones excitauerant, ac prope ad seditionem res reuererat. Ciuitatis ciuiumq. liberalitas publice priuatimq. insignis fuit in nos: ex ijs vñus. 500. scutata nobis dedit, quibus ære alieno, quod hinc proximis annis contractum fuit, exiuitus.

Legionensium Sociorum opera, quattuordecim cum suis inimicis in gratiam rediere. Missiones multæ factæ; audit aq. in his viginti, triginta, & quadraginta annorum confessiones. Magistratus ad domesticos vsus, hortosq. irrigandos, permisit, ut ex fonte publica aquam duobus canalibus deduceveremus.

Episcopus Numantinus amicissimus nobis est; is festo Circumcisionis die in templo nostro concionem habuit, cum insigni Societatis laude coniunctam, qua oratione inducti mulci, qui minus equi nobis videbantur, nunc nobis sauent maxime; ex his vir fuit primarius, qui cum antea male de Societate sentiret; omnibus studijs nunc nos complectitur. In synodo, quam hoc anno coegit Episcopus, nostrorum operi plurimi vñsus est; scholas inuisit; certos redditus Collegio attribuit; sicutq. Scholis exstruendis 700. aureis coemit. Fundatricū preserea aliorūq. eleemosinis, ære alieno, quod ex ædium coemptione feceramus; liberati sumus.

COLLEGIVM POMPEIOPOLITANVM.

Collegium Pompeiopolitanum recentissimum est, anno superiore institutū. eius fundationem non-

nulli

milli; tum apud Pontificem maximum, tum apud Regem Senatumq. calumniando plurimum impedierunt: omnia tamen tum Proregis auctoritate, cui Societas commendatissima est, tum ueritate ipsa planiora indecēs fiant. Aedes angustas illas quidem (vix n.duodecim capiunt) optimè tamen urbis loco habemus. Concionantur nostri & in templo maximo & in alijs parœcijs. duo cum ijs reconciliati sunt, quibus necesse struebant pacificatis similiter inter se coniuges, qui diuortij causam quarebant. veteres quoque factiones, quæ inter primarios ciues erant, sublate sunt, magna cum hominum admiratione & laetitia. Episcopus suam diœcessim lustraturus, utrum e nostris secum eduxit; qui cum alia multa effecit, tum inimicitiam quandam discussit, quæ, nisi mature occursum esset, plurimas hominum cœdes portendebat. Prorex nullum erga Societatem officium hominis amantissimi prætermisit, crebro nos iniuris, ac sacramenta frequentat; quinta feria hebdomadie sanctæ pauperum duodecim pedes lauit. Eius uxoris femina religiosissima templi & ægrotorum curam sibi uoluit demandari; templumq. iam eius liberalitate concinnatum est. Fundator, ut mille scutatorum annuorum vectigal nobis conficeret, septem alia scutatorum millia attribuit; neque deinde sunt alii præterea pīj viri, qui eleemosimis in nos benigni sint.



PRO-

PROVINCIA ARAGONENSIS.



SOCIETATIS nostræ in Arago-
nensi Provincia septem domicilia
sunt, in quibus Socij ducenti versan-
tur. Valentia in domo professæ virgin-
ti quatuor, in Collegio quattuor &
quadraginta, Cesaraugustæ quinqua-
ginta, Barcinone sex & viginti, Gädia tricentatres, Ma-
ioricæ viginti, Tarracone sex. Erita tres migrarunt.
In Societatem asciti sunt quatuordecim.

DOMVS ET COLLEGIVM Valentianum.

Domus Valentianæ status tam spiritualis tam ter-
poralis multo meliore hoc anno loco fuit. Ingens
enim est confitentiū multitudo; sic, ut eorū frequētia quo-
tidie nobis in tēplo nostro pusillā Quadragesimam re-
ferre videatur idq. tū sua ipsi sponte ciues faciunt, sum
Proregis eiusque vxoris exemplo prouocati; quorum
studia & officia, neq. in publicis, neque in priuatis re-
bus umquam desiderauimus. Nostri non solum in æde
nostra, verum etiam in alijs templis concionati sunt,
insigni cum populi vtilitate; unus siquidem vir nobilis
est tur-

et surpi multorum amorum vita deductas, voluntaribus
se paenitentia Sacramentis obeundis dedidit. Mulierum
etiam quarundam, et Virginum animis famaque con-
sultum est; ut in matrimonio legitimo, aut in monaste-
rio collocarentur. Capite damnatos ad locum usq. pa-
ribus frequenter nostri prosequuntur, magno interdū
ipsorum bono; quod maxime ex iis quidam, qui se recē-
tes ad Christum adiunxerant, comprobarunt; qui ma-
gna cum pietate, et eorum qui aderant admiratione,
huius misericordiae curriculum absolverunt. Multa præ-
terea munera et eleemosynæ tum in templi ornatum,
tum in nostrum victimum collata sunt, que multo pluri-
bus alendis sufficerent; ni domus ære alieno esset op-
pressa. Vetus aureorū tria millia nobis dedit; alter bo-
norum suorum omnium nos heredes supremo testame-
to scripsit: quibus ære nos omni alieno exituros breui
speramus.

In Collegio Valentiniano cetera quidem fuere cum-
alijs Collegijs fere communia, illud proprium, atque
haud scio, an singulare hominem Dæmon, adducto cir-
ca collum fune, crudeliter torquebat, adeo ut spiritus
et vox omnis intercluderetur; accersitus est noster Sa-
cerdos, ut aliqui ratione misero subueniret: qui cum
exorcismis Dæmonem abegisset; vox homini redditæ est,
dixique iccirco se à Dæmonे ita exatum, quod pro-
xima Quadragesima crimina expiare neglexisset, atq.
illlico magno cum animi sensu confessus est.

C O L L E G I V M C A E S A R A V G V S T A N V M .
Sequiorum Collegij Cæsaraugustani numerus valde
hoc

boc anno auctus est, receptis in domū Nouitijs tantisper dum commoda sedes illis Tarracone concinnetur: quare & ipse fructus duplicatus est. Vir annos triginia multis ac nefarijs sceleribus obstrictus, ad sacrosanctum Christi corporis coniuicium accedere solitus erat, is d multis leucis confessionis caussa ad nos profectus, eam tandem peregit cum magna contritionis significacione. Alter annos 25. grauiissima crimina suppresserat, quod fieri posse negaret, ut ijs unquam absolueretur; is etiam nostris confessus adveniae spem excitatus est. Mulier cum se post flagitium perpetratum ante crucifixi imaginem stitisset, videre sibi visa est, ex quinque Christi vulneribus riulos totidē sanguinis desurre: qua re commota, illico multis cū lacrimis ad confessionem confugit. Cum vero vsa opportunitate, in eadem culpam iterum esset prolapsa; oblatum est ei hominis tæterrimi spectrum inusitatæ magnitudinis, minitantis eam se suffocaturum, n̄ peccandi finem faceret. quo illa viso perterrita sic est, vt plane sensu omni destituta videretur: ubi vero animum collegit, confessarium adiit, certa posthac illecebras & occasiones peccandi omnes diligenter effugere. Cum duo fidei depravatae coniuncti, capit is condemnati essent; alter, qui doctior & ingeniosior videretur, animo semper obstinato veritatis lucem respuit; alter natura tardior, ad rectam fidem conuersus est; quoniam, vt ait Apostolus, acceptio personarum non est apud Deum, sed dividit unicuique prout uult. Honestus vir bibliotecam suam Collegio attribuit; ea quattuor millibus aureorum estimatur, numeranturq. inibi amplius tria millia volumen.

luminum. Idem suam vltro hereditatem ex parte decuma Societati obligauit; capiunturque ex ea quotannis aurei ducenti.

Ex hoc Collegio alijs alijs temporibus ad quinq. finitimas ciuitates missi sunt: in quibus locis, quod iij populi egregie in Societatem essent animati, res Christiana bene gesta est.

COLLEGIVM BARCI NONENSE.

Barcione mulieres nouem à meretricia vita ad honestatem traductæ sunt: aliquot etiam, qui triginta vel quadraginta & eo amplius annos in turpisimis flagitijs volutabantur; laudabilem vitam injerunt, Christianam doctrinam tribus in locis publice nostri docent insigni cum fructu: atque ut alia taceam, unus ex auditoribus Patri, cum primum is dicendi finem fecit, funem tradidit, quem ab se comparatum dicebat, ut calamitatis suæ remedium suspendio quereret: Cui Pater conueniens in præsentia remedium adhibuit. Mansueta oppidum est satis notum ex ijs, quæ inibi P. N. Ignatio contigerunt, buc missi è nostris duo ciuitatem ipsam mutuis cædibus, & odij ardenter offendebant. Sed ubi Societatis munera exercere cœperunt, maxima morum commutatio in ciubus exstitit; ut vulgo controuersias omnes in nostram fidem deponerent, quas nostro arbitratu constitueremus. Ad prauam iurandi consuetudinem tollendam instituta sodalitas est: cuius progressum valde felicem speramus, quod eius initijs mille circiter Christi corpus suscepimus; cum paulo

passo ante in ipsa Iubilaei promulgatione vix 30. milia
merati essent. Omnipotens nunc primus sibi videntur Christiani
esse, iisque nunc maxime labrant, ut Collegium
inibi exstruatur; videlicet indignum ipsius videtur eam
urbem Societatis Collegio carere, ubi Societatis ipsius
dux & auctor ad hanc spiritalem militiam primum
eruditus sit. Alia quoque missio insignis facta est in
montes Pyreneos, quo Patres duo profecti, totum illud
regionis tractum magno cum eorum populorum fru-
ctu, sex mensium spatio lustrarunt. Tria circiter homi-
num millia Confessionis & Eucharistiae Sacramento
expiata sunt; in his multi totius antea & vitae crima
generali confessione eluerunt: a concubinarum consue-
tudine abducti sexaginta. Quinque Sacerdotum illius

Prouinciae conuetus per nos tris indicatus est; ha-
bitaq. sunt ad eos conciones, & scholae de
Sacerdotis Christianiq. hominis offi-

cio. Atque in omnibus oppidis

cum praece consuetudi-

nes multae abroga-

tiae sunt; tum

uero nouae ac salutares

importatæ.



milli; tum apud Pontificem maximum, tum apud Regem Senatumq. calumniando plurimum impedierunt: omnia tamen tum Proregis auctoritate, cui Societas commendatissima est, tum ueritate ipsa planiora in dies fiant. Aedes angustas illas quidem (vix n.duodecim capiunt) optimo tamen urbis loco habemus. Concionantur nostri & in templo maximo & in alijs parœcys. duo cum ijs reconciliati sunt, quibus necesse struebant pacificatis similiter inter se coniuges, qui diuinitum causam quaerebant. veteres quoque factiones, quæ inter primarios ciues erant, sublatæ sunt, magna cum hominum admiratione & latitia. Episcopus suam didecessit lustraturus, utrum e nostris secum eduxit; qui cum alia multa effecit, tum inimicitiam quandam discussit, quæ, nisi mature occursum esset, plurimas hominum cœdes portendebat. Prorex nullum erga Societatem officium hominis amantissimi pretermisit; crebro nos innisit, ac sacramenta frequentat; quinta feria hebdomadæ sanctæ pauperum duodecim pedes lauit. Eius uxoris femina religiosissima templi & agrotorum curram sibi uoluit demandari; templumq. iam eius liberalitate concinnatum est. Fundator, ut mille scutatorum annuorum vestigia nobis conficeret, septem alia scutatorum millia attribuiuit; neq. deinceps sunt alij præterea pueri, qui eleemosynis in nos benigni sint.

PRO-

PROVINCIA ARAGONENSIS.



SOCIETATIS nostræ in Aragonensi Provincia septem domicilia sunt, in quibus Socij ducenti versantur. Valentiae in domo professarum virginum quatuor, in Collegio quattuor. Et quadraginta, Cæsaraugustæ quinque, Barcinone sex. & viginti, Gàdia trigintatres, Maoricæ viginti, Tarracone sex. Evita tres migrarunt. In Societatem asciti sunt quattuordecim.

DOMVS ET COLLEGIVM Valentianum.

Domus Valentianæ status tam spiritualis tam temporalis multo meliore hoc anno loco fuit. Ingens enim est confitentiū multitudo; sic, ut eorū frequētia quotidie nobis in tēplo nostro pusillā Quadragesimam referre videatur. idq. tū sua ipsi sponte ciues faciunt, rūpū Proregis eiusque vxoris exemplo prouocati; quorum studia & officia, neq. in publicis, neque in priuatis rebus umquam desiderauimus. Noſtri non ſolum in æde noſtra, verum etiam in alijs templis concionati ſunt, insigni cum populi vtilitate; unus ſiquidem vir nobilis

etur.

PROVINCIA BOETICA.



ONTINE T Baetica Prouincia
domicilia undecim, Socios trecentos
triginta tres. In Domo professa
Hispalensi quinquaginta, in Col-
legio Hispalensi quadraginta, In
Cardubensi sexaginta, In Grana-
tensi trigintaquatuor, In Mon-
telano quinquaginta, In Marcenensi quattuordecim,
In Gaditano sexdecim, In Triguerosi vigintires, In
Malacensi septemdecim, In Vaezano tredecim, In
Zerensi duodecim. In Societatem se dicarunt trigin-
ta. Vita migrarunt quattuor.

DOMVS ET COLLEGIVM Hispalense.

Domus & Collegium Hispalense muneribus inter-
se ante diuersa hoc primum anno etiam habita-
tione disiuncta sunt. Pestilentia vero tempore (quæfa-
dis sima incidit ciuitati, sic, ut septem mensium spatio
15 hominum millia, quorum quidem ratio publice ha-
bita sit, desiderata esse dicantur) coniuncte Domus, Col-
legiumque sua studia ciuium saluti dicarunt, quo in of-
ficio,

scio, cum suimet oblitus magnò animi ardore P. Petrus Vazquez ex Collegio versatur; communè malo oppressus; magnum sue caritatis, patientiæq. desiderium omnibus morienti reliquit. E Domo autem Professa designati sunt quatuor, qui urbis inter se regionibus distributis, ægrorum animis, corporibusq. consulerent. In Parochi præterea viuis demortuorum aliis è nostris suffectus est; qui tantisper dum pestilentia abiret, affectos ijs omnibus rebus iuuaret, quæ ad amicum ritè expiadum pertinent.

CORDVBENSE, ET GRANATEN-

se Collegium.

Cordubæ magna hominum multitudo visitur in rurum locum coacta, eorum qui aream arci edificantæ exæquent purgentq. horum plerique, cum neque laboris merces vlla, neque cibi darentur; aut miserabilitate fame interibant, aut in grauissimos morbos incidebant; id ubi nostri sensere, corrogatis raptim eleemosinis, cibos & pharmaca compararunt: ac per eam occasionem omnium confessiones auditæ sunt; medendisq. corporibus, animis etiam multo magis prospectū est. Discipulorum mirum pietatis studium est: ducenti ex ijs sacramentū confessionis obeunt octauo quoque die: publicum valetudinarium frequentant, & alia Christiani hominis officia diligenter exsequuntur: ijdem in diuturna siccitate, criminibus expiatis, Christiq. corpore suscepto, supplicationem se diuerberantes instituerunt, quæ ab invierto populo, qui ad spe-

*E*andum conuenierat, summa cum approbatione celebra ta est.

*G*ranatenium Sociorum opera sodalitas nominis Iesu instituta est inter eos, qui publico carcere detinuntur; bi cum quoquo in eunte mense crimina confessi, Christi se corpore refecerint, lauto conuiuio excipiuntur; atque in id epulum Archiepiscopus singulis mensibus quinquaginta nummos argenteos decreuit.

COLLEGIVM MONTELANVM, Marcense, & Gaditanum.

*E*x ijs qui in Collegio Montolano, cui probationis domus coniuncta est, Societati nomina dederūt, maxime fuit insignis adolescentis unius nobilibus orii parentibus constantia. is enim à suis (qui à Rege in banc ipsam rem diploma extorserant) vi domo abstratus, ante iudicem constitutus; professus est se nullius blanditijs, sed vna Dei gloria, suiq. animi salute ad Societatem allectum; seq. millies moriturum, antequā de suscepit a rit. et ratione deduci patiatur. Festo die Circumcisoris cum indulgentia proposita esset, innumerables hominum multitudo confluxit, inieruntq. eo die sacram Eucharistie conuiuum circiter mille.

*M*arcenensis Collegij maxime in tradendis populo Christianae fidei rudimentis industria spectata est, ita ut urbis compita & agri, Christiana doctrina canentium vocibus personarent. Excursiones etiam factæ aliquot in vicina oppida, rbi multus fructus partus est. Arcobrigenses. Duces egregiè sunt in nos animati; atque

qua in arduis incertisq; rebus fere nostrorum confo-
lio vivuntur.

Gaditanæ Collegij Fundator hoc anno tandem de-
claratus est D. Ioannes ab Ocha Termineli; e quo debi-
tum Fundatori nomen summa populi cœlebitate de-
latum. quo nomine plurimum is lætatus, ut aliquam
in nos grati animi significationem daret, centum au-
reos in singulos annos attribuit. ut quodiam ipso mor-
tuu dumtaxat ad Collegium hereditas pertinet, ijs in-
serea nostri fruerentur.

TRIGVERENSE, MALACENSE, & Zerense Collegium.

TRIGVERENSE Collegium pestilentia morbo ingruē-
te fere dissipatum est, Socijs alijs alio dimissis:
Qui autem in urbe substitere; ij suam operam in ægro-
rum animis corporibusque curandis præclare posue-
runt. Vbi vero vis morbi remisit, profecti sunt aliqui
ad Oenobalis Turrienses Marchiones, vbi & ipsorum
principum, ceterorumq; oppidanorum omnium confes-
siones auditæ sunt.

Malacæ ex ijs, qui capite damnati ad supplicium
ducti sunt, Saracenus ad fidem conuersus, magna vita
superioris detestatione, futuræq; spe præcepta, mor-
tem multis sceleribus promeritam pertulit. Compo-
stellæ Archiepiscopus aureos mille nobis dedit, qui
bus contractum æ alienum dissolueremus.

Excurrerunt ex Zerensibus Socijs duo in vicinas

O. J. T

I 3

oras;

oras; quas; quod syndrum piseat insignierunt; magna hominum frequentia celebrantur: ibi res Christianae proclare gesta est. Tempis sacrum instrumentum Mariae supellefidi, sacrificisque vestibus insigniorum est. auctum est; ea enim omnia aureis 300. lari et duplo affimantur. Ampla quoque etiam vana et vanaveredes ab honesta matrone noscitur et usus. quibus astringatæ sunt; se qui ad hunc ritus et ieiunia. et inter quibus aurei sexcenti. in seculum aut capiuntur. in ruris et in foro.

TRIGAVERE TACENSE

P R O V I N C I A M E X I C A N A.



DE G V N T in Mexicana Provincia sex domicilijs è Societate centum & Septem in Collegio Mexicano sexaginta. In Collegij Mechodano & Guatucano, singulis videnti. In Angelopolitanis quattuordecim: in qua etiam verbe Coniutorum circiter viginti conubrium est, cui isidem nostri præsumuntur.

Præter quattuor hæc Collegia, duæ præterea sunt Residentiae, altera in Veræ Crucis oppido; quod, quia clavis Hispanicæ bonam anni parrem, in ipsius portus statione esse solet; ingentem collusionem ex Hispanis, Indis, & ethiopibusq. mixtam habet: itcirco etiâ, cum nium ipsorum vocatu, Socij tres ibidem domicilium magno cum Christianie rei adiumento posuere. Altera est in oppido Texozqilano, quod Mexico nullibus passuum i. g. abest, atque ab Indis Ostri utis incolitur: ibi Archiepiscopi rogatu Sacerdotes octo versantur, qui populi illis erudiendis diligenter inuigilant.

Ex hoc nostrorum numero tres obiere: uno plus in Societatem recepti. Indorum in nostros incredibilis est amor & obseruantia; propterea quod & eorum commodis nostri maxime consulant, & ab improborum be-

minum defendant injurijs, quæ fit, ut cum aliis coram pagos vicosq. accedunt (quod nostris in toto hoc tractu sollempne est) summa omniā ordinum se se obuiam eſ fundentium gratulatione excipientur; & ipsa Collegia, cum redditus habent nullorū, hydorum tamen liberalitate commode ſuſtinentur. Itaque multa acciderunt huiusmodi, vt nos nostræ ad eos iuuandos opere ſtudijq. collati, minime debeat punitere.

COLLEGIVM MEXICANVM.

Mexicano Collegio Probotioris Domus annexa oſtridigimilibusq. ſtudij, veterani, ritoneſq. ſi- militer Deo proximisq. operari preficitur maxime re ro piam noſtrorum ſedulitatem exercuit peſtitens quā dām morbus, quā per ciues vulgatus plurimos extinxit: qua tempore noſtri ſingulorum domos obeuntes, eorum animis corporibusq. quantum in ipſis erat, pro- fixerunt. Mexici apud nos ſumma cum veneratione ſpina adſervatur ex ihs., que Christi Dei noſtri can piū ſunt: infixæ; hanc ciuium, rogator morgere in- quam noſtri conſuevere, qua deinde agmina pata morbi pluribus, medetur. Archiepiscopus Soccuratis ſu- diuſiſſimus est; eiusq. oratu, cum in reliqui ſitelliſſi- ſum in adeſumma concione, ingenti cum fructu habita ſunt refecti idem, ut in ihs concionatoribus designa- di, quæ maxima in templo concioneantur; noſtrorum ra- fructu habere ſunt: que autem poſtea conſecuta ſunt, ea de fructuſe noſtrā industria, in eo agro colendo poſſe- tam eſſe ostenderunt. Mulier minima de noſtri concionat-

de permodicū multarum lencatum itinere ad hanc urbem, Deo se dicandi causa contendit. Sacra virgo, cuncte famulatq. professionis vota se obstrinxisset; nostro Sacerdoti confessā, ita in sceleris simulationis odium exarsit, ut illico Deo rite vota nuncuparis, suaq. professione dignam vitam instituerit. Mulier scelera, quae commiserat omnia, in elegantem libellum summa cum diligentia referebat; nimis tamen, ut eum assidue pertractans & relegens, scelerum nefaria recitatione animum oblectaret suum: hæc item nostris confessā, superioris vita flagitia corumq. memoriam detestata, impium librum combusit.

Litterarū similiter felicissimus cursus est. Theologiae magistri numerantur duo, Philosophia totidē, Humanitatē quatuor docent. Scholæ ipsæ sum Hispanarum tam Indorum multitudine celebrantur: atque in summis laboribus, quos in his populis erudiendis nostri suscipimus; maxime scilicet eos consolatur spes, quod experiendo cognoverint, usu tractationeq. litterarum Indos paullatim barbarian exuere, & ad mores commodiores transferri. Philosophia Battalarei hoc anno creati virginis sunt, summa spes & virtute adolescentes; cum in Academia Regia graue de eorum doctrina & ingenio periculum factum esset. Idem, scientia probitatisq. specimen Theologi duo, frequenti doctrissimorum hominum conueniū, dederūt: cui præter Dominicanæ & Franciscanæ familie Fratres, Regiaeq. Academie DD. Archiepiscopus etiā interfud cū duobus alijs Episcopis, qui ad hanc urbē per eos dies casu appulerant, quorum alter ad Philippinas insulas

eo consilio proficisci dicebatur, ut inde se fieri posset ad
Sinas traiiceret; maximeq. nisi sunt omnes nostra di-
sciplina, audit orumq. nostrorum progressu latari. Ha-
bent Scholastici inter se B.M. Virgines. sed alitum in-
stitutum, & octauo quoque die coeuntes, de omnibus
pietate ac virtute inter se agunt: nostrisque non ran-
no ualentudinariae carcereisque publicos officij causa
ad eunib[us], utro se se comites magnō animo ardore
adiungunt.

COLLEGIVM M E- choacanum.

Mechoaca Nonne Hispaniae Provincia est satie
ampla, quam Indi Tarasei obtinent; horū lis-
gna difficillima est, neq; ullum habet eum Mexicana
commercium. In hanc Provinciam cum superioribus
annis nostri ab Episcopo rogati accersitq; uenissent;
domicilium Pascuari posuerunt; propere aquod in ea
tunc urbe sedes Episcopalis esset. Venum cum inde ad
aliud oppidum, cui Vallisoletto nomen est, sedem hoc
anno Episcopus trastulerit; nostri codem ciuitatem commi-
grare coacti sunt, itaq; tota res diuisa est, ut alijs qui
dem Vallisolettum se conferrant, alijs Pascuari subsistie-
rent: utrobiq; autem in Indis promouendis, & Hispanis in officio reginendis egregiam operam nauant. Cum
Pascuarenibus negotij paullo plus fuit, cum enim d.
D. Vasco de Chinroga (qui primus Episcopus, ut Indi
Hispanorum more uestibus induerentur, instituit) cum
in alijs

in alijs Indorum uerbis, cum Pascuari frequentia totu-
 dinarium eius sumptibus edificatione esse; redditibusq;
 auctum; id, translati V. collis diuinam sedem Episcopalem
 eo similius transportatum est. Quam rem usque eo
 Pascuarenses agere tulerint, ne nullam omnino con-
 solationem uellet admittere: nostris namen in eam
 rem sedulo incundensibus, ut alterum ualetudina-
 rum institueretur, prioris desiderium aliqua ex par-
 te lenitum est; Indorumq; animi eo beneficio nobis
 plurimum adiuncti. Discurrunt nostri frequenter
 per illam oram, magno Indorum bono: multi enim
 ad frequentiorem confessionis usum excitati sunt, qui
 per ignorantiam se hinc anno criminis expiari debere
 existimabant. Senex annos natus sexaginta confessio-
 nis causa cum venisset ad nos, iussus a confessario est
 mense in sequenti redire: reuertit bonus utique senex,
 ac pridie quam confiteretur, precibus, lacrimis, ieuri-
 nioque diligenter se ad illud sacramentum obendum
 comparauit. Alter cum vijis quibusdam a Dæmoni
 plurimum vexaretur; ad nostrum Sacerdotem se con-
 tulit, qui hominem ad confessionem peragendam co-
 bortatus est. is cum sic animatus domum reuertisset,
 Dæmonis quidem voces necem sibi minitantis audiuit,
 nihil tamen ut ante vidit: expiatis vero per confessio-
 nem criminibus, liber omnino ea molestia fuit. Alius
 ob quasdam suspiciones uxorem suspendere cogitabat;
 qui confessione peracta, a meditato scelere destitutus, dicitur
 cum uxore in gratiam rediit. Mulier a sceleris ho-
 minibus pollicitationibus, minis, atque adeo verbe-
 ribus, sollicitata, numquam de castitatis proposi-
 to de-

eo deduci potuit. Aliæ cum alia ratione non posse sent, fustibus ab se importunitatiorum hominum procacitatem repulerunt. Que icirco sunt ad mirabiliora, quod hæc gens in uniuersum animi pusilli, atque imbecillis est; tantos animos non sine magna Dei gratia suscipere posse videantur.

FRAN.

F R A N C I A E P R O V I N C I A.



SVNT in Francie Provincia undecim domicilia; in ijs ex Societate ducenti septuaginta octo. In Domo Professa Parisiensi duodecim, In Collegio Parisiensi unus & septuaginta, In Billoniensi tres & viginti, In Mauriacensi septem, In Muisiponsano sexaginta sex, In Virdunensi quadraginta, In Burdegalensi vigintiquinque, In Niernensis decem & septem, In Bituricensi viginti sex, In Divionensi tredecim, In Augensi tres. Ex his Divionense in Burgundia, & Augense in Normandia hoc anno pri-
mum instituta sunt. In Societatem admissi sunt quindecim. Mortui septem.

D O M V S P R O F E S S A Parisiensis.

Prima domus est professa Parisensis, Borbonij Car-
dinalis liberalitate anno superiore instituta.
Et quamvis incredibile plerisque videatur nostros
precario uictitare; quippe quos tam opulentum in ur-
be Collegium habere dictitent: non desunt tamen, qui
frumento, vino, alijsque rebus nostram inopiam leuer-
Sacer-

Sacellum, quod ubivis pestilenti.e repulit, apersumus: ab Ariminiensi Episcopo Nuncio Apostolico, d' Venero, & Ferratiensi legatis, ceteraq. ciutum Parisiensem nobilitate celebratur. Conscientiū vero & communicantium magnus concursus est. Pagani autem 20. 30. & 40. milliarium irinere confessionis caussa ad nos uenitiant. Mulieres uiginti a perdita uita ad honestatem renocare fanti: ecclesi.e reconciliati heretivi sex. Iudeus & Lazarus unus sauro baptismate luxurians quorum illa postridie uita detorsit; hunc Biraga Cardinalis e baptismo suscepit. Ciutum quoque benignitate sacellum argentea cruce, duobusque candela-bris item argenteis, alijsque ornamentis auctam est. Maximam in animis hominū pietatem excusat hebrei domadæ sacræ sollemnibus, Christi domini sepulchrum in templo nostro exstructum; ita ut plurimi templum ingressi ex illius conspectu ad confessionē subito impetrerentur, cū nullā illius rei cogitationem ante suscepissent. Conciones in tribus præcipuis sacris. edibus, dominicis festisque diebus tres habentur; ex quibus aliquis etiam fructus perceptus est.

PARIENSE COLLEGIVM.

Secundum Collegiū est Parisiense, quod inter perpetua funera urbanorū, & aliquot etiam conuictorum, illustri Dei benignitate incolume seruatū est. id quod à ciuibus animaduersum, & miraculi loco perne habitum est; idque nostrorum pietati adscribit, qua nobis omnia dicunt ex sententia fluere: ut nuper, cum præter omnium opinionem caussam obtinuissemus, Hirison-

pfecti consulti & Parisienses consiliarij, iecirco secunda
 omnia nobis accidere dixerunt; quod vnam Dei gloriæ
 in omnibus rebus spectaremus. Studia litterarum sex
 monsium spatio, metu contagionis intermissa sunt; eaq.
 nos, non dum ui morbi extineta, multisq. in locis adhuc
 grassante, ciuium precibus inuenire anno repetere
 coacti sumus; quia nos & a Deo inter se uidentem mor-
 bum conseruatos, & deinceps conseruatum iridictita-
 rent. Prima hebdomada 400. auditores habuimus: die
 vero Sancti Remigij sacro, cum sollemni Academico
 consuetudine studia renouata essent; mille ducenti au-
 ditores sunt numerati: ex quibus trecenti cum primis
 Philosophie cursum inierunt. huc numerum breui au-
 etum iri speramus, sedatis de pestilentia rumoribus &
 quod ante coortam pestis procellam, dicum millium
 nostrorum discipulorum numerus esset. Coniuctorum
 familia ducentis capitibus censemur; duos lues absum-
 psit; Societatem quinque ingressi sunt; totidem se ad
 alias religiosorum familias contulerunt. Conciones tou-
 so fere anno habite sunt quatuor: quadragesimæ au-
 tem tempore in vicinis oppidis pagisque decem. Pater
 unus 23 generales confessiones exceptit; ex quo nume-
 ro heretici fueré sex. Dynasta ætate florens, qui à te-
 neris annis Genevæ Calvianam heresim hauserat,
 ad fidem catholicam conuersus est; ipsumq. Bacchana-
 lium diem in pijs rebus & colloquijs inter nos consum-
 psit. Quidam illustri loco natus, matrimonioq. iunctus
 cum muliere, cum qua illi ius coniugij non erat; nego-
 tiorum suorum caufsa Parisios uenerat: cumq. rebus
 non dum confeditis, grane infortunium incurrisset, coen-
 pit eius

pti eius culpm in incestas nuptias conferre. itaq; cum
nostrum Sacerdotem uocari iussisset, eo auctore tam
uisper se à nefarij matrimonij consuetudine sustentare
decreuit, dum à Pont. Max. legibus solueretur; alioq;
illico melius habere cœpit. Alius item Societas aman-
tissimus, cum gravi & periculosa febri laboraret, con-
fessione facta, statim conualuit. Rector Academie,
Senatus Parisiensis Praesidis filius; antequam publice
Theologie theses defenderet, vt Doctor Sarbonicus
crearetur; cum duobus e nostris priuatim suas pro-
positiones contulit; qua re quanti nos faceret ostendit,
cum ceteri hactenus Rectores animo fere fuerint à no-
bis alieniore. Eadem benevolentiae signa in nos dant
qlj religiosi uiri Carthusiani, Capuccini, Minimi,
etc. Rex autem egregie in nos uidetur animatus: nu-
per quidem aureos milles ad coemendam domum uici-
nam dedit; idem de ceteris principibus uiris, ac pro-
ceribus dicere possumus: Nam Cardinalis Vadimontia-
nus Regine frater benevolentiae causa apud nos pran-
sus est: Borbonijs autem nulla res tam uidetur proposi-
ta, quam ut quotidie magis de nobis mereantur.

BILLONIENSE, ET MAVRIA- cense Collegium.

Sequitur Collegium Billoniense; quod pestilētia ual-
de fuit afflictum (sex enim e nostris desiderati-
sunt) quo tempore cum Canonici Parochiq. omnes dila-
psi essent, tota fere ciuitatis cura in nos incubuit, ci-
uiumq; omnium confessiones. excepimus. Scholasticor.
rum

rum ante pestilentiam numerus fuit quadrigentorum supra mille, qui dimisi, morum integritate, bonum Societatis nomen longe lateq. disseminarunt. In his maxime præstant pauperes octodecim, qui Collegij simplicibus aluntur. quorum unus ad suos reuersus, cum in confessum aleatorum incidisset, frustra q. à ludo reuocare aggressus esset; fidenter lumen extinxit, mensam euertit, tabellasq. lusorias in ignem coniecit. Multa etiam pecunia eis suis dominis restituta est: in his quidam duo millia reddidit aureorum.

Mauriacense Collegium, quoq. iustis de causis, annis superioribus relicum fuerat; hoc anno Aluernorum, Lemonicum, & Mauriacensium precibus restitutum est. II enim communi consilio medicum dactum virum, Societasq. per amantem Parisios miserunt, ac cū P. Provinciali ageret de Collegio restituendo, et aureos 1650 ab Episcopo Claromontano Fundatore in Collegij edificationem testamento relictos, à Senatu Parisiensi impetraret. Itaq. cum S. C. illa pecunia summa Collegio adjudicata esset; P. Generalis constituit, ut eo nostri redirent; ne optimi Fundatoris memoriam, à quo in Galliam primum accersiti, & Parisijs Billonij, & Mauriaci sumus collocati, parui facere videremur. Septem Octobri mēse profecti, summa omnium gratulatione excepti sunt. Et quamvis nostrorū discessu, uicinariū urbiū ciues Collegia iuuētui instituēdæ erigenda curassent, Parisisque Doctores magnis stipendijs euocassent; ubi tamen docendi initium nostri fecerunt, auditores trecenti confluxerunt, qui in tres classes diuisi, singulis mensibus peccatorum macu-

tas eluent confessione. Non procul Materiaco Castrum uisiturn munitissimum, cuius Domina infecta hæreti, ægre uidelicet fert nostrorum in suis populis instituendis industriam; hæc per litteras conquesta est cum Rectore, unum e nostris præceptoribus pro concione in Lutherum & Caluinum inuestitum esse; rogauitq. ut in uiam euangelicam ueritatem omnes conspirarent. tria sic responsum est, ut eius furor reperieretur, nec molestiam nobis amplius exhiberet.

C O L L E G I V M M V S S I - pontanum.

MVSIPONTI quintū Collegiū est, Scholasticorum tū frequentia, tum genere ipso in primis celebre; ad quorum numerum insignis hoc anno accessione facta est: nam scholarum Theologicarum quotidianus auditor est Carolus Cardinalis Humanitatis uero studijs assidui sunt Carolus Metensis Episcopus, Cardinalis frater, Guisiani filius natu maximus, Comitisq. item Rasii Franciae Mariscalchi filius; quos fere imitantur nobilissimi Provinciæ procetes. Quorum multitudinem cum scholæ non caperent; Princeps induetus est, ut totam scholarum edificationem amplificaret: quam breui (maximo pere incumbente in eam rE ipso Principe) ad finem peruenturam confidimus. Mirum quāta is nostros benevolentia complectatur, quippe qui non solum nos à maleuolorum calumnijs acriter vindicet, uerum etiam benignitate prosequatur. quam etiam & benevolentiam & liberalitatem in nos prestant

præstant eius filij, Metensis uidelicet Episcopus, & Marchio; ut merito eos fratrnæ humanitatis pietatisque heredes futuros speremus. Eadem studia in nostros a V adimontano Cardinali proficiscuntur, cuius proprium est, nibil ut nobis non consultis aggrediatnr. Nam per cum d Suffraganeo & Vicario Fullensem diœcesim lustrari iussisset; assiduum ijs comitem unum de nostris addidit; quem aliquot mensibus post, diœcesim totam reuisere uoluit; ut uideret, utrum que Vicarius constitueret, perfecta essent, nec ne. Summopere is nostrorum consuetudine delectari uidetur, ita ut frequenter, cetero famulatu dimisso, solus cenit apud nos; dictit etq. animo se ac uoluntate Iesuitam esse. Ferdinandus Bauariae Dux, cum Leodio (quo fratre Episcopum deduxerat) bac iter haberet, nos humanissime innisit; multisque principibus uiris audientibus, quæ a nostris in Bauaria gererentur, tanto cum honore uerborum persecutus est; ut ea nostri, qui præsentes erant; sine aliquo rubore audire non possent: idq. tum sua ipse sponte ac iudicio, tum à Lotharingie proceribus provocatus, qui præsente Duce multa de nostrorum uirtute, atq. industria prædicabant. Collegium Conuictorum, adolescentium multitudine floret maxime; in ijs numerantur e diuersis nationibus Angli, Scotti, Flandri, Germani: qui quod præclara fere indeole sunt, nobilique loco nati; spes est fore, ut in patriam quisque suam digressi, plurimum catholicam religionem prouehant. Huius Collegij ea est apud omnes existimatio, ut cum plurimi sint, qui in illud admitti effligitent, omnibus, commodioris habitationis cquassa,

k 2 satis-

satisfieri non possit: præsertim cum numerus uehementer auctus sit, recepto Scotorum Seminario, quod Pon. Max. in hac instituit Academia. Puer longe illustri loco natus, defunctis parentibus hereticis, ab auiia & materterta in paterna impietate educatur. Enimvero id ægre Dux tulit, quod quantum in recta pueri institutione positum esset, probe intelligeret; quare egit cum pueri cognato viro illustri ac strenuo, ut tanquam tutor legibus puero adscriptus, illum a feminis abductum in nostram disciplinam traderet. id ille præstidit egregie: nam cum puerum diebus aliquot habuisset apud se, Catholicaq. religione per nostrum Sacerdotem instituisset; tandem in Collegium Coniectorum misit: quo in loco degit adhuc puer magnosque tum in pietate tum in litteris habet progressus. Plurimi Societatis meditationibus vacarunt; in his Monachibz non pauci. quod si initij cetera consentiant, ex hac una re morum religiosorum, qui valde in his partibus depravati sunt, correctio speratur. Atque hæc quidem de rebus domesticis; nunc ad illa veniamus, quæ à nostris in externos profecta sunt. Sane quād utiliter in Mussipontano agro excolendo noster hoc anno labor positus est. quo enim tempore primum in hanc urbem venimus; eam, dum desunt, qui rectum salutis & veritatis iter ostendant, cuiusdam heretici opera corruptam offendimus: plane ut nulla spes esset fore, ut in pristinum statum religio restituereetur. Tamen calefi gratia nostros conatus fortunante, ex altera vero parte Principe contendente, uniuersam ciuitatem ad veram Catholicamq. fidem reduximus. Vnus tantum repet-

reperitus est homo ferox, militiaeq. addictus, qui veritate per quinquennium restiterit, vi nec legum vi, nec Principis imperio a nefario consilio deterreri potuerit. His tandem quadragesimilibus concidibus, quae a nostro Sacerdote in sede maxima habebantur, permotus Rectorem adiit, ab eoq. rationem quæsiuit, qua posset Ecclesiæ reconciliari; Rector ei suasit, ut ad Cardinalem iret; atque ab eo tanquam ab Episcopo remedium peteret: tandemq. is magna omnium gratulacione in gratiam rediit cum Ecclesiâ. Instituta quoq. est, aut potius renouata, nobisq. legibus vincula sanctissimi corporis Christi sodalitas, eiusq. patronum sodales Cardinalem ipsum adoptarunt, quod ille munus & huius mansimne suscepit, & tuetur egregie, suaq. virtutis & exemplo ceteris prelucet. Excursiones præterea factæ aliquot, quarum prima fuit in pagum, qui, quod proximus sit argenti venis, que partim in Ducis Lotharingi, partim in Germanorum procerum ditione sunt mira hominum colluvie constat: qui eo sere se conseruant, ut legibus Principumq. metu soluti, licentius in omni impietate, impuritateq. vivant. Eo igitur Ducis rogatu e nostris duo profecti multos ad fidem reuocarunt, & in ea nutantes confirmarunt. In vicino quoq. oppido, cuius dicitur Adeodato nomen est Lindum, in celebri Canonicorum Collegio conciones aliquot insigni sum fructu habentes sunt. Nantæ item sanctissimum Sacramenti sodalium institutum est; cuius rei gratia duo ex nostris illuc profecti, quindecim dierum spatio concionibus, catechismo, alijsq. ex instituto munebus tantum persecerunt, atque incolarum animos ita

k 3 sibi

sibi deuinserunt, ut iij summis precibus a Cardinale
contenderint, ut sepius quoannis ed se nostri confe-
rant. Alius quoq. pagus est, qui a S. Nicolao nomen
habet, qui frequencia incolarum, magnificenciaq.
adifa-
ciorum multis ciuitatibus prestat; ibi tres a nostris per-
mensem uiliter commorati, maximum sui discendeniae
desiderium reliquerunt. Remiromoli sacro Aduentus
tempore unus e nostris concionatus est; magnumq. dis-
sidium inter religiosas nobilesq. feminas ortum, mira-
dexteritate restinxit. Idem, Cardinalis iussu, Spinali
aliquot dies fuit; urbemq. heresi infectam purgauit,
captumq. tum eius, tum aliorum, qui deinceps succe-
runt, opera perfectum est, ut nullus iam ibi hereticus
numeretur. Gondreturlium oppidum est paruum; co-
sepe insinuauerat heresis: magno tamē nostrorum labo-
re tum alias saepe, tum hoc anno totum illud malum
profligatum est. Vetus erat consuetudo, ut quo temper-
re Tulli Synodus Episcopalis cogitur, ab aliquo adole-
scente oratio haberetur: ea uero res Cardinali nec lon-
gi, nec personarum gravitati conuenire visa est, tan-
tumq. illud manus ad nostros transfutus; ex quo frus-
tus non mediocris speratur.

Ex Collegio Musipontano dimissi sunt ad urbem
Metensem Sacerdotes duo, quorum in confessionibus
audiendis, fideiq. rudimentis tradendis, utilissime nec
sata est industria. Quam consuetudinem Christianae
religionis elementa docendi, usi iam compertum est
exilitatis plurimum his populis afferre; et sane sic pro-
batur in oulguis, ut dictent cupere se, ut elaboratae
conclaves, rudi catechismi explicacione communetur.

Vir

Vir dynastia ea re adeo delectans ut in oppido stipendiario ipsius, cum catechismus populo explicatur, nullam scholam intermitat; plurimumq. se nobis debere proficitur, quod Christianæ fidei rudimenta didicis. Tam letis rerum euentis dæmon inuidens, magnā ruit in famam, tum in rem familiarem nostram concitavit tempestatem: qua sic à Deo O. M. liberati sumus, et fama multo illustrior facta fit; cumque optimus quidam vir se noſtre Societati addixisset, milia etiam aureos nummas obtulerit, quibus presenti necessitate opportune subuentum est. Sacerdos alter in pago vicino, die Christi corporis festo quingentas confessiones exceptit: die vero Divis omnibus sacro septuaginta Christi corpus impertivit; cum tamen superioribus annis nullus per eos dies confessionis communione sacramenta obire solitus esset. Adolescens Germanus cum inceperet hæreticos multis annis vitam degisset, sic à dæmons vexabatur, nullam vt animo caperet quietem: bic ad nostros perductus, cum totius anteactae vita confessionem fecisset, Christiq. corpus sumplisset; illico in pristinam mentis tranquillitatem restitutus est. Matrona honesta superioribus mensibus ab hæresi, in qua annos 14. vixerat ad Catholicam fidem traducta est. hæc filiam, quod ab hæreticis baptizata esset; in summo templo adhibitis sollempnibus cérimonias, oleo sacro unctione curauit, que res Catholicis ingentem lætitiam; Hæreticis vero mortitiam incredibilem attulit.

COLLEGIVM VIRDVNENSE.

QVI Collegium Virduense incolant; bivarie
hoc anno morbis tentati sunt; e quibus unus ex-
tinctus est. Priuatam calamitatem mox pu-
blica exceptit: sub extremam enim quadragesimam pe-
stilentia serpere in urbe cœpit; & quidem tam occultis
initijs, ut vel medicos ipsos falleret: deinde dum non eis
satis cauetur, D. Pauli monasterium, quod nostræ ha-
bitationi pœne continuens est, invasit, & aliquot ibi ex-
tinxit: sed prorbus diutina clementia factum est, ut ma-
lum sese intra monasterij parietes continuerit. Ac to-
to quidem illo sex mensium spatio, quo contagio gra-
sata est, ualde illustria diuine erga nos prouidentiæ
signa experti sumus: nam priusquam volla pestis suspi-
cio exsisteret, frater ille noster vita functus est: quod
si proximis mensibus id accidisset, periculum fuisset, ne
aut urbe nos ciues pellerent, aut certe omnes exitus no-
bis intercluderent. Illud quoq. commode accidit, vt
medicinæ peritus Societati nomen hoc anno dederit;
cuius cum domi opera nobis præsens esset; extenui
medicos non desiderauimus: ne quam ad securus de no-
bis suspicandum ansam populo præberemus. Nec vero
pestilentiae tempore quidquam de litterariis püsque
exercitationibus intermissum est; auditorū enim (quod
merito omnibus admirabile est) 3 y.o. numerus fuit; ac-
cessitq. hoc anno ad superiora; Casuum conscientiæ
schola, cui Sacerdotes, atq. ex varijs religiosis ordini-
bus quadraginta fere intersunt: ad confessiones vera-
tantus fuit concursus, ut omnibus satisfieri non potue-
rit.

rit. Pomeridianacatechisni explicatio superiore anno iustas ob causas intermissa, repetita nunc est; eaq. frequenti populi studio celebratur. Die porro SS. Simonis & Judae festo, D. Nicolai aula sollempni ritu ceremoniaq. ab Episcopo consecrata est. cui cum a quodam de nostris scholasticis epigrammate gratiae ageretur respondit minime quidem id opus esse, nihil enim a se profectum in nos, nisi quod sui esset officij: cupere vero se, re ipsa suum in nos animū testificari aliquādo posse.

COLLEGIVM BVRDEGALENSE.

Burdegallis nostræ scholæ florent maxime: discipuli enim plus mille numerantur; ex ijs vigintiquinque Artium Magistrorum insignibus ornati sunt: sex studiorum sicutum spatijs decursis, docendi munus in duabus nobilissimis urbis summa cum laude prestant. Unus Ponti Sanctonum urbe ab hereticis, qui plurimam possunt, vexatur uehementer, quod & catholicus sit, & a nostro Collegio exierit; eumq. per summam contumeliam monachum & Iesuitam appellant. Alter mercede conductus ab hereticis, ut ab illis esset; fraude cognita rescidit pactionem. Alium hereticum Baratenses publicis sumptibus Genueam mittere voluerunt; vt in ea urbo, que superstitionum omnium mater est, Theologiam disterer; eo consilio, vt is postea ipsorum minister esset: quam ille pestiferam condicitionem forti animo reiecit. Aliquot hereticis orti parentibus nostras scholas frequentant; quorum unus singulis annis in patriam recurrit, vt fratres natu minores

Catho-

Catholica pietate imbuat: tanquam, ut fratreis verbis si-
dem habent, ut nulla ratione adduci possint, ut carni-
bus pescantur ius diebus, quibus ab Ecclesia interdi-
ctum est, sicuti ipsos frater docuit. Bibliopola hereti-
ci, cum primum in hanc urbem Societas venit, empor-
res eorum librorum, qui sacras preces horarias conti-
neront, ad solaria petulantiter matcebant: nunc autem
vendendis huiusmodi libellis quasdam ingenientem fa-
ciant, voluitq. noster bibliopola, qui unus Catholicus
est, centum aureis cum ceteris bibliopolis decidere, ut
sibi omni huiusmodi librorum vendendorum mercatura
permitteretur. Singulis dominicis festisq. diebus com-
municantium in æde nostra magnus numerus est; cele-
brioribus vero festis, trecenti nonnullam etiam quin-
genti censi sunt. Confessiones generales audire trigan-
ta, quarum aliquæ 25. aliæ 30. aliæ 40. annorum fue-
re, in his heretici septem numerantur, quorum nonul-
li numquam in vita crimina confessi erant; multi 40.
aliqui etiam 60. passum nullum itinera confessionis
causa veniunt ad nos. Mercator ex longa heretico-
rum consuetudine nonnulla fidei nostræ capita in du-
blum vocavit: hic reuersus in patriam tanis conscientie
stimulis torqueri coepit, ut cum nullam caperet ani-
mo quietem, ad nos se contulerit; sicq. ad mentis tran-
quillitatem reuocatus est. Aliqui generationem reli-
querunt: fraudatas pecunias reddiderunt: beneficia
per simoniam impetrata repudiarunt. Itum est etiam
in Xenodochia: ad eos qui detinentur in vinculis habi-
tie conciones: capitulis damnati Christianæ pietatis offi-
cys adiuti; ex quibus heretici aliquot ad Catholicam
reli-

religionem conservi sunt. Preter conciones, que in nostro templo haberi solent; duo alijs in duabus urbis templis conciones sunt: tres Christianam doctrinam populo explicant: totidem superiore quadragesima apud Sanctones varijs in pagis conciones sunt, insigni cum fructu nam iuuentus, que tota serè fuerat ab heretico concionatore corrupta, ad sanitatem redacta est; ipsaq. heretici nostros iam ad se inuitant, omniaq. sa imperata facturos confirmant. Nec tam defuere perditii homines; qui nostrorum vii. e infideli sunt, ex quo rum manibus præpotens Deus nos hactenus eripuit. Unum etiam in astris nefarij homines sub vesperam domum redeuntem invicticere constituerant, qui cum rei sonus ignorans subita eo die morbo correptus esset, solito citius recipie se; eaq. ratione aduersariarum coniuris eligit. Burgo & Petragorijs duo item e nostris veritati sunt, qui in hereticis convertendis, aliusq. pīs ex insinuacio manerib[us] utiliter inuigilarunt.

NIVERNENSE, ET BITVRI- cense Collegium.

Nec Niuerni frustra nostrorum collocata est inferioria; nam ex concionibus, que tum in templo nostro, &c. ad sacras virgines, tum in oppidis, paroq[ue] suis habitate, maximi fructus reportati sunt. multis in locis frequens eucharistie & confessionis usus inuenctus: institutæ & præterea certæ eleemosine ad pauperes uincosq. iuuandos. Ultimo quoq. supplicio man-

etan

etiados profecuti sunt nostri; magno utiq. eorum bono; ex quibus vir nobilis, qui annos 20. & eo amplius in heresi uixerat, ad ecclesiam adiunctus est. Nostrum facellum cum alijs ornamentiis, tum argentea. Pixide, que auris quinquaginta stetit, ad sacrofanciam Eucharistiam adseruandam; auctum hoc anno est. Episcopus ad omnia nostrorum opera uitatur; quorum etiam iudicio libenter ea subiectis, que in lucem editurus est. De Duce nibil est quod dicum, quippe qui non desistit in dies nos magis ornare: atq. hoc anno aedes proximas, & ad nos iras cogitationes multam necessariae nobis coemit, & quamdiu fuit in urbe, omnia in nos benevolentiae, & humanitatis signa exhibuit. Biturici Sacerdos unus in aede maxima summa cum doctrinae probitatisq. laude concionans est, hic aliquoties inuestitus in Calvinistam in vicina pago comitora re, ad quem audiendum multi ex hac urbe conseruerat, eo hominem disputationis meiu adduxit; ut in remotissimum locum se abdiderit. Alius item Sacerdos in opido uicino, ualde fructuosas habuit congeries, atq. in sacrarum mulierum monasterio generales fere omnium confessiones audiuit. Archiepiscopus cum in hanc urbē Idibus Octobris summa pompa esset ingressus, octavo die post nos intravit; exceptusque industis est tum uarijs carminibus, & oratione, tum ceteram dialogo: quae ille omnia describi curauit, vt perpetuum benevolentiae testimonium ac pignus essent. Idem Catholismi explicacioni praesens interesse noluit, omniaq. sibi uehementer probari testatas est.

C O L-

COLLEGIVM DIVIONENSE, & Augense.

Collegium Divisionense in Burgundia ab Odinetio
Präside hoc anno exstructum est, qui mense Fa-
bruario uita decedens nostros nec scientes nec speran-
tes bonorum omnium (ea 34. millibus aureorum esti-
mantur) heredes testamento reliquit. Reditus, ut nūc
quidcm, mille aureorum est, sed facile amplificatum
iri uendito Feudo speramus. Qua quidem in re maxi-
me spectata est serui vnius fidelitas; cui cum à domi-
no, paullo ante quam animam efflaret, testamentum
commissum esset, ut id frequenti Senatu redderet; nul-
lis minis, aut præmüs adduci potuit, ut illud Domi-
ni sorori ostenderet; ac postridie coacto Senatu testa-
mentum publice obtulit. quamobrem Serui Fidelis ap-
pellatione cohonestatus est, atq. inter nobiles adscri-
ptus, plurimæq. ac magna immunitates illi date. V.
Idus Octobris initium docendi fecimus, tanta cum Se-
natus omniumq. ordinum approbatione, quantam in
nullo alio præterea Galliae Collegio meminimus. Au-
ditorum numerus 440 est, isq. augetur in dies magis.
Sunt omnes præclaræ indolis, magistris obsequentissi-
mi, quod maxime declararunt in festo omnium San-
ctorum; cum uerbo dumtaxat moniti de confessione,
nullius officium in ea re desideratum est. Ipsi porro
ciues humanissimi sunt, litterarum ac religionis a-
mantissimi, atq. de recta filiorum institutione ualde
solliciti. qua in re cum suenos diligenter iucarios, atq.
adiuatores nacti sint; dici non potest quanta nos bene-
uolen-

uolentia prosequantur. nobis etiam ab alterius Collègij Doctoribus, quos animo d' nobis alienore esse inteligerent, diligenter cauerunt; grauiissimis legibus pœnisque propositis, ne quid in nos uerbo aut scripto adderent: decreueruntq. nequid in lucem Consulibus insciensibus ederent: item ut liber exitus esset nostras scholas ad eundi ijs, qui in ipsorum connectu uersarentur. Nos uidelicet fructus cum prospiceret dæmon, quosdam Senatores hereticos excitauit, qui per causam loci angusti, rem totam impedire aggredierentur: uerum ea tota tempestas, simul atq. scholas apertimus sedata est; uberioresq. in dies fructus, diuina gratia aspirante, ex hoc recenti agro speramus.

Angum oppidum est in Normandia ad Oceani litus non longe ab Anglia situm, d' quo Augensis Comitatus nomen habet, qui in Ducis Guisij potestate est. Hic Lotharingum Cardinalem auunculum, & Musipontani Collègij fundatorem imitatus, cum in reliqua Gallia Societatem semper complexus est, tum vero hoc anno Augi Collègium instituit, ac veltigal 600. aureorum annum adsignauit: quod ueltigal curat id Dux, ut Prioratu adiuncto, ad mille aureorum summam perueniat. Itaque missi duo Sacerdotes sunt, ut noui Collègij fundamenta iacerent. Templum nostris muneribus exercendis aptissimum quattuor mensum spatio ex edificatum est: atq. in illius exstructione quidam ciues primarij totos ipsos dies operariorum munere functi sunt. Alij pecunias, & alias res liberaliter suppeditarunt. In hoc templo, die festo Sancti Martini confessiones audiri primum cœptæ sunt, festisq. celebriori-

brioribus magnis conuersus fit ad nos: in ornatum vero templi plurima, eaq. precciosa dona sunt collata, sacra uestes sericæ quatuor, uas argenteum sacra Eucharistie seruandæ; domestica præterea supellex existanno, vicini cuisdam nobilis uiri liberalitate, nobis data est. Quid multæ res hactenus quidem ex sententia procedit; nec principijs cetera, dissimilia fore speramus.

A Q U I T A N I A E P R O V I N C I A.

NUMERANTVR in Aquitaniæ Provincia Societatis Collegia sex , in ijsque Socy centum quinquaginta, In Turnonensi quadragintaquinq;e , In Tolosano et triginta , In Rhutenensi undeviginti, In Camboriensi sexdecim , In Auuenionensi & Lugdunensi, quod toto fere anno hæ ciuitates vexatæ pestilentia fuerint , nostrorum numerus valde fuit inconstans . Societatem ingressi sunt quattuor .

COLLEGIVM TURNONENSE.

IN Socios Turnonenses præclara diuinæ clementiæ significatio exstitit hoc anno: nam præterquam quod pestis eos numquam attigit ; in eo quoque bello, quod inter nobilitatem ac plebem exarsit , diuinitus incolumes conseruati sunt . neque res unquam propior periculo fuit; cum nostri & nobilibus tamquam populares suspecti essent, & ipsi populo etiam odiosi , quod ut ceteros ecclesiasticos viros , sic nostros pecuniam nobilibus in bellum suppeditare suspicarentur . Auxit populi odium rumor ab hereticis dissipatus , coniurasse eccle-

se ecclesiasticos, ut Paschalibus sollemibus plebi non
nenim in consecratis hostijs darent. Quare cum oppi-
dū in quo collegium Prioratum haberet, plebs occupa-
set; turrin munitissimam, quæ in Collegij ditione erat,
incenderunt, Patremque unum e nostris, qui cum ibi
forte versabatur, comprehendenterunt; vinculisq. con-
strictum in Rhodanum se precipitatus, aut alio mor-
tis genere necaturus manati sunt: nerum, quæ Dei be-
nignitas fuit, periculo præter spem erexitur est. non
multo autem post, seditionis auctoribus de medio su-
blatis, tota illa civilis belliflamma extincta est. Cen-
manorum Dux in hereticos à Rege missus; Collegium
nostrum, nobilitate universa prosequente, aliquoties
adit, carminibusq. variorum linguarum à nostris di-
scipulis exceptius est: ac proficisciens multa nobis am-
mi beneuoli signa dedit, nostrisque sese ad Deum pre-
cibus etiam asque etiam commendauit. Adolescentes
quidam cum ad febrim depellendā multa superstitiose
adhibuerint; epota tandem de cuiusdam à nostris con-
filio aqua benedicta, subito à febre relictus est. Freque-
tor in vicinos pagos Oppida inlucitur: qua in re in-
tredibile horum populatorum studium certatur, quo no-
stris audiendi tenentur: ac sepe accidit, ut prope vobis
torum tumultus, armati nos dodacans, & reducant.
In oppido, quod heretici annos viginti teneantur, Pa-
schatis ferijs quingenti, Pentecostes ducenti sacram
synaxim oblerunt: duo ex primariis virtutib[us] Ecclesiae
catholicæ gremium rediere, quos aliquot e plebe itide
fecuti sunt. Instituta præterea est, ut quotidie Christia-
no ritu, B. Virginis salutationis signum campana

publice daretur: Cœmeterio murus circumdatus, ne mortuis hereticorum corporibus pollueretur. In alio oppido sacroanche hebdomada ferijs, appidanorū omnium confessiones auditæ sunt; in his sepiusq. generales suere. In alio item pago vicina, cum male de monstre plurimi subito corripere curviri, perterriti ceteri nostrum Sacerdotem euocarunt; ransusque ad eum, confessionis causa concursus factus est, ut cū satisfacere omnibus non posset, alterutram subficio mittere ne casse fuerit. Confluentum numerus quingentorum fuit; ex quibus alijs octoginta, alijs nonaginta, alijs centū amnis crimina numquam recte expiauerant; hereticus unus ad Ecclesiam congregatus est. Aliud oppidum visur, in quod abhinc annis triginta est ea amplius heresis persuaserat, hic disputandi concionandiq. causa unus à nostris missus, numquam ministrum adducere potuit. Irrevel fecū congregaderetur armi quinque & virginati erat, cū eam urbe nullus Episcopus instrauerat, quare Vionensis Archiepiscopus, quibusdam e nostris canubibus, eo profectus, tridui spatio sexenniis Confirmationis sacramentum dedidit. In alio quoq. pago, qui heretice armis infectus est, quadraginta sunt excepti & generales confessiones: quatuor pecuniam felonibus partam restituerunt; inde unius aureos, quartu[m] denariis, ut hanc causam vicinam bene agerent.

COLLEGIVM TOLOSANVM.

EX his qui Tolose hoc anno ad Societatem adiuncti sunt, Parochi viue maxime admirabilis conuersio

merito fuit. Is, cum in Iureciniili, Philosophia, Theologiaq. operam egregie nanisset; Societatem ingredi conseruit. quod consilium sic annos octo distulit, ut nō rōs semper cogitationibus & scrupulis ob eam rem angeretur. Interea, cum oppidum, in quo ille Parochiā administrabat, antelucano bæreticorum ingressu, repente captum esset; is præcipiti fuga seminudus ad muros contundit, ut inde fese per fenestram demitteret. In fenestra palus erat forte transversus, inserviā magitudinis, quod ne boum quidem paria quatuor commodare potuissent: at ille manu eū leviter impellens, doco dimovit, quaē res portentui instar ab omnibus iudicata est. Cum autem fugeret, incidit in bæreticum qui adacto scimel, atq. iterum summo ui per latus pugnat, cum nibil cum male accepisse cervaret: miraculo obstupefactus, argentum ab ea accepit. & ipsum dimisit, atq. alterius etiā mox bæretici funore immunitateq. vindicavit. Hisce periculis perfunditus, gaudi morbo fax ripidur, quo ad extremū uitæ discriminem adductus est: neque prius conualxit, quam se consilium illud ingrediendi Societatem, quod olim animo concepisset, uenit exsecutaram. Cum vero Tolosam uenisset, atq. negotium cum Patribus transegisset; ecce tibi patriam rursus meditatur: ac ter accedit, ut cum ad iter omnia parata essent, numquam ipse in equum adscendere posuerit; ut nolens, nolens in urbe subsistere cogatur. Die autem, qui Societati ingrediendæ dictus illa est, cum tertio ad Collegium uenisset, tintinnibulum attingere numquam est ausus: donec ui quadam occulta & diuina in Collegium impulsus est. Ac tribus quidē

L 2 pri-

primis diebus, maximas habuit is animi molestias; quas incredibilis quedam lætitia mentisque tranquillitas consecuta est: ut priores dies in seculo; posteriores demum in religione fuisse considerentur.

Senatori, qui plurimum auctoritate & opibus poterat, filius erat moribus grauiissimus, & religiosissimus; quem pater cum susciparetur nostræ Societatis esse uelle, apud frequencem senatum crimatus est, locupletiorum filios blanditijs ad religionem attici a nobis, ut ea ratione ad bonorum possessionem aspiramus. Cuim quidem maledicti mox dedit penas; patet enim post diebus mortuus est; filius autem Societatem serio coepit cogitare. Verum cum nostri inuidiam metuentes, iniurias suis, adolescentem nollent recipere, si tantum importunis precibus effecit, ut a suis omnibus consensum extorqueret atque: ut non solum auraria, sed hominum etiam suspicioni resisteremus, ne numerum quidem ut in Collegium inferret, passi sumus. Octo nostris concionibus pernoctat ad uarios religiosorum ordinis adscripti sunt: Virgo nova in diuina Clara monasterio se Deo consecravit. Adolescentus apostata sic anno uexabatur; ut namquam quietem caperet; aliquando etiam a diabolo ad contignationem usque sublatus est: hic nostris confessus ad religionis castra rediit. Heretici duo ad fidem traducti sunt: Collegij quoque redditus hoc anno ualde sunt amplificati? Prioratu nobis a principe nostro donato.

C O L-

COLLEGIVM AVENIONENSE.

HI C annus ualde pestilens fuit ciuitati Auenionensi; pestis enim Septembri mense coorta sic vnius anni spatio peruagata est, ut plus decem millia ciuium desiderata sint. Hoc tempore nostri alij alio digressi, præclaros sue peregrinationis fructus retulere. Sex in orbe substiterunt; hi qua sacramentis administrandis, qua morbo affectis visitandis curare disq., qua denique confirmandis ijs, qui ad supplicium publice ducuntur, operam egregie nauarunt. Ex horum numero; unus cum adduci non posset, morte ut æquo animo subiret, suumq. caput dæmonibus deuoueret; nostrorum verbis ad meliorem mentem reuocatus, in crucifixi complexu, Iesum pie pronuncians exspirauit. Qui Valeriatum (oppidi nomenid est celeberrimi in Vaisonensi diœcœsi) profecti sunt; ij toto Aduentus & Quadragesime tempore, Dominicis præterea festisque diebus conciones habuerunt: Scholas etiam aperuerunt, ad quas magna puerorum multitudo vel ex vicinis hereticorum urbibus confluxit. Confessiones audite plurime; in his 120. que heresim redolebant. Ad catholicam religionem traducti decem; in his dynasta fuit, qui multos iam annos bello Catholicos vexabat. Symoniaci duo adducti, ut beneficia, fructusque omnes ex ijs perceptos restituerent. Quibus rebus comoticiues de Collegio instituendo consilia inierunt; idque ut impetrarent, Armeniacum Cardinalem & Pasinionensem Episcopum deprecatores adhibuerunt. Idem Collegij ædificandi studium Carpentorati d. duo-

L 3 bus

bus. e nostris, solitis Societatis muneribus excitatum est. Vasioni quoque, Cristeti, Visaniq. in populis, militibusq. ad pietatem informandis, bene res Christiana gesta est.

L V G D U N E N S E , E T R H V T E
nense Collegium.

Nequi lætior annus, pestilentia grassante, Lugduno fuit, maximeq. insignis exstinxit Patris cuiusdam e nostris opera, qui cum sua studia omnia ciuium saluti dedicasset; instituit primum, ut in omnibus templis perpetuae in precibus stationes haberentur; utque signo publice dato priuatis in ædibus singuli genibus prouolunti, finem malo exposcerent. Ipse præterea vicatim urbem obiens, ingentem pecunie vim in pauperum vsus corrogauit. Curauit quoque, ut ædiculae lignæ & extra urbem edificarentur, que rebus omnibus instructæ familijs affectis attribuerentur. Alias item duas ligneas domos fabricatus est, in quarum unam pauperes febri laborantes reciperentur, in alteram cibi adseruarentur. Atque in tot tantisq. occupationibus conciones numquam intermisit: qua in re illud certe miraculi instar fuit, ut nemo eorum, qui conciones illius frequentarit, morbo sit correptus. Dominicis, festisq. diebus, in duabus sacellis e ligno exstructis rem diuinam publice peregit, Christiq. corpus distribuit. Pueros quoque infantes, quos funibus e fenestris parentes demittebant, frequenter baptizauit. Neque vero a ceteris, qui sese Collegio continebans, cessatum est;

est; ciuiam enim fere omnium (quos adelicet præsens necessitas urgebat) confessiones audierunt, aliaq. ex instituto ministeria uiliter exercuerunt. kal. Novembr. qui dies Diuis omnibus sacer est, B. Mariæ Lauretanæ ciuitas publice votum nuncupauit: inde Deipara Virginis beneficio vis morbi remitti cœpit, omniaq. domi forisq. letiora fuere.

Rhutenis hoc anno templi fundamenta ponи cœpta sunt; primusq. lapis ab Episcopo ritu sollemni deiectus est. in eius edificationem ciuitas aureos centum

& quinquaginta decreuit. Parens hereticus filio, qui nostras scholas frequentat, per litteras præcepit, ne sacrificio Misæ interesset; id scilicet filius facturum se præcise negavit, litterasq. detulit ad præptorem.



PROVINCIA RHENANA.



ABET in Rhenana Provincia Societas sedes nouem, in quibus nostri ducentorum sexaginta quinque sumam in uniuersum efficiunt. Coloniae Agrippine triginta commorantur, Treueris sexaginta, Moguntiae duo & quinquaginta, Heribipoli in Orientali Franconia tres & quadraginta, Spirae quattuordecim, Fuldae in Buchonia viginti sex, Heiligenstadu in Eisfeldia duodecim, Confluentiae ad Mosellae fauces decem, Molskemiae in Alsatia nostrorum numerus varius fuit; ita tamen, ut neque plures viginti quattuor, neque pauciores quattuordecim numerati sint. Factae præsterea sunt insignes missiones due, altera Aquisgranum, altera Luxemburgum; quibus addi potest Paderbornensis, in qua secundum iam annum e nostris aliquot versantur. Ex hoc numero mortui sunt quattuor: Ad Societatem adjuncti septem & triginta.

COLLEGIVM COLONIENSE.

*T*rigesimus iam annus est, cum nostri in hac ciuitatem uenerunt, neq. toto hoc tempore uel pacatis-

editissimis rebus, multorum Principum iurorum contentione, ipsiusq. Pontificis maximi litteris, ut in ea certam sedem ac domicilium haberent, impetrari umquam potuit. Hoc demū anno, quo Reip. orbis uniuersus, hæreticorum temeritate peruersus erat; ædes nostris recentes, amplæ, immunes, atq. ad nostra ministeria exèrcenda percommode a Ioanne Suuollingë D. Andreæ Decano, totoq. Capitulo attributæ sunt, multoq. in dies maiora speramus. quorum etiam liberalitate factum est, ut, cum nulla fere uectigaliz Collegium habeat, eleemosinæ collatæ ad triginta dñi amplius Socios alédos satis fuerint. Nostrum Gymnasiū septē in classes dimid. discipulos mille circiter continet: qui numerus per se non exiguis, eo etiā maior vi deri debet; quod aliae due præterea sunt in hac vrbe Academiaræ; que, licet multo quam nostra inferiore frequentia, celebrantur tamen. Quo secundo scholarum nostrarum progressu conturbati quidam, cū eius rei caussam inuestigarent; Doctor Theologus præcipua existimatione iur, Iesuitas vnicum currum vnicofuniculo trahere respondit: animorum uidelicet conspirationem concordiamque, qua res parue crescunt, significans. Conuictorum vero nostrorum centum numerus est, aut non multo secus; adolescentes omnes honestis orti parentibus, naturaq. ad uirtutem propensi. Idem etiam aliorum Discipulorum studium pietatis est; ex quibus octo Magistrorū insignibus cohonestati, ad Societatem accesserunt: octodecim ad uarias Religiosorum familias aggregati sunt. Sodalitas Deiparae Virginis, que paucis ante annis instituta fuit, ab exiguis

quis profecta initij eo creuit, vt cum in multis religiosos cœtus introducta sit; tum uero in quinque classes, ob multititudinem eorum, qui non in darent, eam distribui necesse fuerit. Horum incredibilis quedam exsistit alacritas cum in voluntarijs pœnis christiano ritu subeundis, tum in ceteris hominibus ad catholicā pietatem traducendis. Quidam cum simulatione pietatis quadriennium circiter hæresim Calvinianam occidisset; tandem nostra institutione aliorūq. exemplo ita exercitatus est, vt commutata voluntate hæresim abiturarit; multisq. lacrimis generalem anteacte uitæ confessione fecerit, magnamq. librorum hæreticorum uim ad Magistros detulerit, vt comburerentur. Alterius adolescentis monitu femina primaria luxui dedita, cum universa familia generali confessione expiata, cognatis quamquam iniustis ac renitentibus, honestam uitæ rationem iniuit. Ex his adolescentibus, sacrosanctæ præsertim hebdomadæ sollemnibus, alijs ante sepulchrum in domestico facello excitatum precabundi pernoctarunt, verberibusq. in se ipsos seuerunt; alijs humi ad lignum pro cervicali recubuerunt, aut genibus nixi, brachijsq. crucis specie extensis, rosaria sæpius percurserunt, cilicia gestarunt; alijs uotiuas peregrinationes suscepserunt. quæ ab adolescentibus tanta cum animi alacritate letitiq. præstari, eo etiâ admirabilius est, quo magis hæc ab hæreticis, inter quos degunt, omnibus tormentis & machinis oppugnantur. Præterea si quos morbo, domesticaque solitudine laborare senserint, horum non corporibus solum consulunt, quancum in ipsis est, uerum etiam animis. Itaq. panem ijs cete-

ceteraq. ad victimā cultumq. corporis necessaria ostia-
tim emendicant, magnaq. caritatis significatione mini-
strant. quod officij genus illis exhibent maxime, quos
nouerint hæresis labe infectos, ut eorum corporibus cu-
randis, animi quoque conualecant. Hæc de nostrorū
Discipulorum probitate fama cum percrebuerit; fit,
ut precibus litterisq. ad principū uirorum filios priua-
tim instituēdos, aut ad publice in Collegiatis Ecclesiis,
Monachorumq. cœnobis docendum, aut populos re-
gendos certatim expetantur. Bacalaurei ex ijs septem
et triginta, Artium Magistri unus et triginta facti
sunt. Acta præterea est D. Cæciliæ historia, cuius ex-
spectatio sola proceres aliquot excitanit, ut in ornatū
theatri, aliosq. sumptus non exiguum pecuniae summā
conferrent: ipsa uero actio nonnullos D. Cæciliæ exē-
plo induxit, ut duodecim studiosos iuuenes pauperes
ad coniuuiū inuitatos, pecunia, vestibusq. nouis dona-
rent. Conciones in æde maxima, ceterisq. templis, Vir-
ginum præterea sacrarū ac uirorum cœnobis, insigni-
cum anīmorum fructu habitæ sunt; pluribus insuscep-
tae ratione confirmatis, et generali confessione
expiatis. Quadraginta quinque hominum millia in æde
nostra Christi corpus suscepserunt, multoq. plures con-
fessi. Generales insignium sexus utriusque persona-
rum confessiones auditæ ducentæ sexaginta sex; in his
nonnullæ eorum, qui aut tredecim, aut viginti, aut tri-
ginta, aut quadraginta, aut etiam plures annos ingen-
tia flagitia reticuerat. Trecētæ amplius simultates dif-
fidiaq. inter coniuges, aut filios parentesque sublata.
Quibus rebus inductæ multæ sunt honestissimæ femi-
næ, ut

ne, et matrimonij fidem sancte colerent: Virgines & viduae, ut in virginali castimonia pudicitiaq. persistarent. quarum nonnullæ amplissimis ortæ familijs, rebus omnibus nuncio remisso, Christo sese consecrarūt, vitamq. seueriorem suscepérunt. Quinquaginta item in plurimis adulterijs incestisq. vel cum ipso Dæmone voluntate, ad honestos mores reuocatae sunt. Tres a meyricio questu ad Panitentium, quas vocant, vita genitus traductæ. barum una cum desperationis fluctibus vehementius iactaretur; mentis tranquillitati redditam per nos tro est. Quinque & triginta; qui partim à fide defecerant, partim defectionem meditabantur; ad catholicæ Ecclesiæ gremium rediere. Duo Monachi, cum sese incestis nuptijs miscuissent, alter etiâ se a Catholicâ fide impie seiuixisset, ad religiosam iterum disciplinam reducti sunt. Sacerdos nouem annos in pastorali munere inter hæreticos vixerat, quo toto tempore nūquam crimina expiaverat; hic generali confessione facta, prouinciaq. illa tam anima periculosa deposita, cum Ro. Ecclesia in gratiam rediit.

COLLEGIVM TREVIRENSE.

Collegij Treuirensis familia duobus constat ordinibus. Primus eorum est, qui tum docendo, tum concionando, tum confessionibus audiendis, alijsque ex instituto muneribus, in salutem proximorum incumbunt. Alter Novitorum, qui versantur in probatione. Horum egregium virtutis studium, & in suscepto vitae consilio constantia spectata est. Germanus adolescens

Philo-

Philosophia curriculo confecto, nostræ esse se volebat
Societas. ea te cognita parens filium reuocat in par-
tiriam, atque in medium rerum forensum tumultum
detrudit; ut sic videlicet Societas, ad quam blanditijs
inductu a nostris sibi persuaserat, sensim obreperet o-
bliuio: cum autem duos ipsos annos tum parens, tum a-
mici constantiam iuuenis frustra oppugnassent; liber
tandem ab ipsis dimissus ad nos est. Alter plurimis natu-
ræ bonis instructus atque ornatus, iuris iuriandi religio-
ne seipsum obstinxerat, Societatem se ingressurum: sed
ut est illa etas lubrica, malorum consuetudine in per-
ditissimos mores ita prolapsus est; ut, quo sibi omnem
religionis aditum præcideret, legum studio fese addixere-
rit. Is unius e nostris litteris, qui veteris ipsum iuris iuri-
andi admonebat, ita commotus est, ut ne salute qui-
dem familiaribus dicta, Treuiro illico ad P. Provinc-
tialem contenderit, atque ad genita prouolutus, ut in
Societatem adscriberetur, vehementer petierit. postea
vero litteris atque internuncij a patre sollicitatus, ta-
men in suscepso confilio fortiter perseuerat. Teritus
Lotharingus est, parentibus locupletibus natus, ar-
tiuumq. Magistri insignia Treueris consecutus, cum etiâ
opimum sacerdotium fuerat desponsum. Is cum spiri-
tualibus exercitationibus vacaret apud nos, Deo duce-
mentem Societas ingrediendæ suscepit. Qua re pater
cognita Treuiro venit, adnoscatoq. filio, eius consilium
multis verbis in præsentia laudauit, quod se Deo addi-
xisset; discedensq. filium in diuersorium inuitauit. Ne-
gare nostri, magnum esse affirmantes in egressu peri-
culum: sed cum pater instaret uehementius, filius ani-
mi

nd incertus in patris sententiam concedit. Hic pater persona, quam sumperat ad tempus, rejecta; filium alternis blandiendo, minandoque à suscupo consilio frustra conatus est auocare. atq. ut omnem fugae spem filio præcideret, eū semper sibi affixum habebat, secūq. in eodem conclavi electoq. clausis foribus, simul cubare cogebat. Postridie cum à prandio ceteris omnibus digressis, filius paterq. soli relictus esset, & pater obdormisceret; adolescentis animo multa uersans, tandem cubiculi fores clam referat, patrisq. pallio sumpto ad Collegiam redit. Eodem paullo post uenit pater, irascens, filiumq. sibi restitui iubet. Negauit P. Rector ab se adolescentem aut fallacijs abductum, aut in uitum reueneri; illiq. integrum esse manere, nec nevenientem autem ad religionem nec potuisse, nec uero debuisse repellere; simul adolescentem iubet accersiri. q. quo pater querit, cur fagerit: dicere incipientem in serpellat; pugnoq. intento, mortem, ni secum abeat, ministatur. Cum iuuenis precise negaret, vi cum rapere voluit, comitesq. ut iuarent, monuit: sed clavis Collagi foribus eorum impetus fractus est. itaq. re infecta furens è Collegio erupit. Redit postridie pater filiumq. repetit; P. Rector idem quad superiore die respondit, equum scilicet sibi non videri, vt aut quis iniurias à religione pellat, aut in religione retinatur iniurias. Hic ille ira impotens vix à nobis manus abstinxit; dixitq. venditis omnibus, habitationeq. Treueros transieta, se tēpora omnia obfessurū, vt vel in tēplo filium sua manus confodiat: cūq. frustra Suffraganeum, aliosq. principes uiros in nos incitare conatus esset, reuertit in patriā.

Disci-

Discipuli mille numerantur; boneſto loco nati plu-
rimi, in his Convictores octoginta, ex quibus ad scitis
ſunt in Societatem Philosophi tres. Inter exteros di-
ſcipulos convictoresq. B. Virginis Marie instituta ſo-
dolitas eſt, ita ut ſinguli binos cœtus separatim babeāt,
in quorū alterū adolescentes ſuperiorū classiū, in alte-
rū inferiorū adſcribātur. Hi quatuor cœtus quatuor
inter ſe B. Virginis praecipuos festos dies diſtribuerūt,
quos orationibus, carminibus, frequenter etiam dia-
logo celebrent. Quo autem hoc anno in templo noſtro
ſacram synaxim ſumpferunt, eorum eſt ſumma 220
millium; ut interim eos taceam, qui à noſtris per con-
fessionem expiati, ſuis in parœtū illud sacramentum
obtērē. Confefſiones auditæ plurimæ etiā eorū, qui am-
nos virginib[us] erigunt, ne magna ſcelera occultabant, aut
numquam omnino in uita fuerant confefſi. Unus è noſ-
tris quinquaginta ſupra quingentas generales confe-
ſiones exceptit. In ſacrārum quoq. Virginum monaſte-
riis praeterea opera collocata eſt; uniuersi ſiquidem mo-
nasteriū Virginum ornes, totius amētæ uitæ genera-
lem confeſſionem iſtituerunt; itaq. multæ in religio-
ſe uite ratione conformatæ, aliae ad animi tranquillit-
atem ac morum facilitatem traducere. Unus ut d[icitur] fe-
derata religionis caſtra repeteret, adductus eſt. Muſic
res ad flagitiosa uitæ conſuetudine reuocatæ non pecc-
cæ. quarum una cū annos quindecim inſciente marito,
rem cum adultero babuiffet; nocte quadam à dæmoni
ſublimis raptæ eſt: filia uero clamante, matremque
et Dei opem imploraret, abhortante, teoto refituitur.
Hanc postea cuim re cognita meritus dimittere
vellet;

uellet; opera nostrorum effectum est, ut, fide mutuo data acceptaque, res tota obliuione perpetua deleretur. Altera ex perpetuis coniugij molestijs desperatione concepta, mortem sibi consciacere constituerat; & quo facinore filij trini vocibus revocata, mox confessariū adiūt, arāmīq. tranquillitati restituta est. Caput etiā dānatis presto fuimus; ex quo numero unus nobilis genere natus ad catholicam fidem conuersus est. Jacobus Treverensis Archiepiscopus cum alias sepe, cum extremo vitæ tempore, quācū Societatem faceret, declarauit. Pridie enim eius diei, qui sanctisbit mæ Trinitati sacer est; sacros ordines in æde nostra contulit, uestesq. multas sacras auro intextas magni precij dedit. Ipso autem S. Trinitatis die, rei diuinae interesse, cereum, ut sollempne est, accipere, prandiumq. nobiscum inire constituerat: sed ipsa nocte morbus ingrauesens illius cogitationes dissipavit. D. tamen Præposito suas vices delegauit. Die Sabatti sub vesperam subitus morbus omnes illi sensus admittit; tandem redeunte animo, uoces illas identidem iterabat, O sancta Societas; quibus verbis, quantum sibi in Societatis precibus præsidium constitutum arbitaretur, ostendit: atq. ita extrellum spiritū Deo redidit. Archiepiscopi morte complures existimabant deitum esse de societate; nosq. nostro patrono destinatos, brevi evvige ceterminatum iri. Sed nimis Deus presto ijs est, quorum consilia omnia ad ipsum referuntur; paucis enim post hebbomadis Ioānes Schonebergh. Præpositus, nostro Societatis amantissimus, in demorū locum sufficitus est. Is postridie quam Episcopus creatus

creatus est, P. Provincialem, et P. Rectorem ad prandium humanissime inuitauit. aucto. de bonis Collegio donatis controversia excitata esset; edixit nequa eius tri, utpote iniustæ, iudicium, aut actio postulantibus daretur; pœnis etiam, si opus esset, hominum audacia coerceretur. Idem, cum viri aliquot grauissimi essent auctores, ut nos perinde ac ceteri religiosi, ex Collegij censu, ad Imperij difficultates sublevandas, tributum conferremus; testis semper, atq. ut nostraris priuilegijs & immunitate frueremur, effecit.

COLLEGIVM MOGVNTINVM, & Herbiopolense.

Moguntinum gymnasium auditoribus septingenitis frequentatur; in his Convictores octoginta numerantur. Magistri Artium facti sunt viginti, Bachelorei duo et triginta. Ex ea familia famulus unus dcessit; qui cum ingrauescente morbo cœcus factus esset, oculorum usum aqua benedicta diuinitus recuperavit. Euocantur identidem in pagos nostri, ut Parochios confessionibus audiendis, alijsq. p̄ijs. muneribus inueni quare unus e nostris confessiones exceptit ducentas, Parocho ademit concubinam: duos adduxit, ut preces horarias recitarēt; quattuor; viam & sacra maxim, cum inimicis redirent in gratiam. Duo ab hereticorum erroribus ad Ro. fidei veritatem transierunt; unus Sacerdos, qui heres eos semina sparserat in patria s. Polonus alter, qui cum ad oppugnandum sancti organit.

M sex

sex & viginti argumentis instructus Basileę venisset, primo congresu maxus dedit. etiam cum suis auxiliis
Heripoli abhorens ad Catholicam fidem, quadriginta reducisti sum ex quorum numero Sacerdos fuit quem flagitiosa malitia ad hereticas perstraxerat; ut sic videlicet nefarioris amoribus operam licetius darent. Alter concordator fuit, qui multo Germanie Provincię peragratis, plurimos mortales tuu dicendos sum sanibenda heresios labe inficerat. Hic tandem post multos sermones, cum nostris habitos, heresim publice in aede nostra abiurauit; atque in Coniuctorum domum admissus, sanctissima sacramenta diu frequenterat: inde prosectorum in patriam, sacerdotes & amicos ad Catholicam religionem excitauit. Alij ne magno quidem proposito periculo, a Catholicorum & nominatim nostrorum consuetudine deterri potuerunt. In hospitiali quadam domacion omnes plorantis erroribus inhabiti essent, nostri Sacerdotis opera & confilio ad veritatem radierunt. Eadem existit Sodalium B. Virginis, in bonisibus iuriscaulis industria: ad orthodoxam etiam fidem viginti reuocarunt; ad Christi corpus suscipiendam octoginta imputerunt; ducentos quinquaginta duos, ut crimina confiterentur, induxerunt: ex quibus virginis, opinione seculare confessiones instituerunt.

COLEGIUM SPIRENSE.

Spiritu deinde adiutoriis numerantur; plures omnes
Similares, rite auctoratis lege prohiberentur: eorum
diamen regulem religiosus studium est. Pueri manus

pter illi quodam manofitate, ut parentes heretici tota
 Quadragesimæ tempore carnis abstinerent, effecit:
 idem matrem induxit, ut nostras conciones audiret;
 quod affirmaret fore, ut æternis inferorum ignibus ad-
 diceretur, ni maius ad Catholicam fidem reuertere-
 tur. Alter item decennis, cum apud patrem accumber-
 re, carnisq; ræsi Quadragesimæ diebus cogere cur;
 carnes oblatas artificiose incidit; & in faciem conie-
 cit. Heresi liberari septem. Virginitas quorum plerique
 terrorum cum nutritis lacte suerant. Cimi Spirensis
 filia Damone correpta est; hanc senecte aggressi heretici,
 fere perdidérunt. itaque, quamquam ipsi repugnan-
 tibus, ad sempiternum nostrum tandem venit. ibiq; heret-
 sim detestatio Christi corpus sumpsit: atque in sanitatem
 illuc restituta est. Mulier cum mariti, precibus
 exorari se passa esset, ut extra urbem ad hereticorum
 baptismum celebrandum, & infantem suscipiendum
 proficisci reuerteretur, riusque rpi inter baptismi sollemnia
 religio quedam illi esset aborta; imperfecta omnia reli-
 quia, & in urbem redidit. Ferdinandus Bavariae Dux
 cum iterin Eburane habueret, nocte in unam hic substi-
 tit: ac postridie priusquam via se comimit, templum
 nostrum religiosus causa adiit: & singulas caniter
 salutatis. Quo res argumento fuit, quanto Societatem
 nostram amore clarissimus Princeps prosequerecur,

COLLEGIVM FULDENSE,

Quam utiliter Fulde nostri persentur, siel ipsorum
 hostium testimonia cumprobatum p[ro]m[on]t[er]o
 M 2 gans

gant ullum in tota Buchonia veteris religionis studiorum reliquum futurum fuisse, ni se hac Societas contundisset. P. Rector, cū ferijs Paschalibus de augustissimo Eucharistiae sacramento sex horas concionatus esset; æquissimis omnium tum hæreticorum tum Catholicon auribus usus est. qua concione inducti hæretici plurimi sunt, ut Confessionis & Eucharistiae sacramenta obirent. Quo fit, vt cum multi hac iter negotiorum causa faciant; ij ad suos reuersi summis laudibus Societatem extollant: ex quo numero Consul Prætorq. hæreticos fuerunt ciuitatis, qui concionatorem nostrum in celum ferunt. Eandem de Societate opinionem Fideslariae noster Sacerdos concitauit, qui cū ab oppidi Canonicis rogatus esset, vt concionem haberet; æque Catholicis & Lutheranis, qui ad audiendum curiosius conflaxerant, satisfecit. Frater item Coadiutor profectus in patriam, adeo suos sibi ciues vita exemplo, & familiaribus colloquijs de parientia fructu institutis, conciliavit; vi nullo modo vellent a se hominem dimittere: ac faverentur bacterius se in magna rerum diuinarum ignoratione versatos: Parocho scorrum detraxit; atque vt eius rei emendationem publice promitteret, efferit. Itaque iam vel ipsos hæreticos tandem habemus: cum enim frequenti præcerum conuentu quidam nos criminibus maledictisq. proscinderent; Lutheranus vir primarius nostram defensionem acriter suscepit, illaq. dñm d, quæ conferrentur in nos, ficta esse dixit; seq. cum studiosissime in nostram vitam moresq. inquisisset, nihil iure reprehendere imprimam posuisse. Ut autem Polonia nobilis senex, annym

centesimū sextum agens, qui nostrorum conspectu plurimum recreatus est, quod iampridem Catholicum nullum uidisset. Is digressus a nobis paucorum dierum istinere, in morbum incidit; statimq. Fuldam se reducere iussit, ut in nostro templo sepeliretur; atq. ut id impetraret, urbis Gubernatorem deprecatorem adhibuit. Itaq. & mortuo funus quam amplissimum curatum est a Sodalibus B. Virginis, pompaq. per forum vectas mouit maxime admirationem ciuitati, qua ad spectaculum conuenerat, florum sertorumq. uis, quibus ille suas exsequias celebrari iusserat, ut perpetuo a se cubae virginitatis testes essent.

COLLEGIVM HEILIGEN- stadiense.

HEILIGENSTADIJ pestilētia late grassata est in ciues Senatoresq. sed quamdiu fuit, quæ Dei benignitas est, nos non attigit. Neque tamen interea concionandi, doctrinamq. Christianam docendi consuetudo interrupta est. Omnino magnum est Societatis nomen in his partibus, atq. ab ea sibi multum hæretici metuunt: nonnullisq. in locis publico edicto, multa etiam proposita, cautum est, ne quis ad nostras conciones ueniat. Astrologus quidam ex eorum grege vaticinatus est nuper, fore, ut nostri Hassiam vniuersam occupent. Ciuis quidam annos natus septuaginta, cum membris omnibus captus ac debilis domi decumberet; annū alterum & trigessimum Pænitentiae & Eucharistiae Sacramentis caruerat. Is cum Sacerdotem nostrum eu-

M 3 casset,

casset, dixit sibi a parente, anno domini 1525 prædictum, fore ut ipse in gravissimas malorum tempestates incideret; posthac venturos spectatæ doctrinæ ac probitatis viros, a quibus confirmaretur; eos existimare se nos esse. itaq. Sacerdotii confessus, ab eodem, Christi corpore, quod abesset. Parochus, impertitus est. Hæretici conuersi sunt octo & triginta, in his Ludimagister, Iurisq. consultus magno rerum vnuir. Parochi salutaribus monitis ad gregis custodiam instructi, ex quibus unus concubinam dimisit. A postata itē post quintum demum annum ad religionem reductus. Quibus rebus effectum est, ut uetus pietas atq. religio in hanc urbem rediisse videatur: nam & pie admodum sacrificio Missæ dant operam: palam rosariâ gestant, supplicationes publicas rite habent; cumq. Christi sacram corpus circumfertur, magna pietatis significatio prosequuntur; aliaq. non parua Christiani animi signa dant.

COLLEGIVM MOLSHEMENSE.

Neque mitior fuit annus Molshemensibus ciuibus: studiosisque, nosq. inter contagionē Deus Opt. Max. seruauit incolumes. Quo tempore admirabilis quedam caritas, amorq. in nos singularis omnium ciuium exstitit; cum certatim villas nobis, quo nos recipemus, offerrent. Argentinensis Præsul omnia, que ad Societatem augendam pertinent, tanto Studio suscipit; vt tametsi id cum multis faciat, eius tamen rei principatum appetere videatur: nam & pestis remedia

dia magni precij donavit, nobisq. permisit, ut de tribus locis eligeremus, in quem nosmet pestilentiae tempore conferremus: muris novis & altis Collegium sepsit, & amplam edificationem aggressus est, que Collegium, domum Convictorum, scholasq. unico ambitu complectatur, opere eleganti & sumptuoso. Iacta sunt fundamenta Idibus Martiis, quo die is cum P. Rectore primum lapidem rite posuit; tum certatim alijs, quia praesentes aderant, saxa in fundamenta conicerunt. testatusq. Princeps est, in ea se reunam Dicit gloriam, Ecclesie Catholicae amplificationem, suaq. dioceses utilitatem spectare. Morbi tempore P. Rectore Tabernas nobile Alsatiæ oppidum excurrit; contentionibusq. ita multos permovit, ut sperarent breui antiquam religionem restitutumiri; pleriq. etiam ager ferrent in concedendo Collegio siti Molsheimenses prælatos; multi etiam sua se pecunia Collegiū nobis edificaturos pollicerentur.

COLLEGIVM CONFLVENTINVM.

Cuitatis Præfus nihil in nobis colendis ornatusq. prætermisit, quod aut in re aut in uerbis positum sit: ut primum enim Archiepiscopus ipse creatus est; illico ad fundandum Collegium hoc animum adiecit; atque ubi se obtulit occasio, omnia eius in nos studia extiterunt insignia. Nec uero nobis Archiepiscopus amicior, quam cuncta ciuitas: Senatus enim, simul ac ludum primum aperuimus, magnificentum gymnasii edificium

ficium inchoavit; quod ut speramus, brevi absoluetur.
 Obiit in hac civitate P. Gulielmus Ruisembergh, qui
 tantum apud omnes desiderium sui reliquit, ut Ar-
 chiepiscopi Cancellarius, vir de Rep. & Societate opti-
 me meritus, in litteris, quas ad familiarem dedit, ad-
 scripsit, maiore benevolentia desiderioq. prosecutus
 Confluentinos unius Iesuitæ mortem, quem proceris
 cuiusdam, qui per eos dies vita deceperat. Ex Consuli-
 bus alter ab heresi Calviniana ad Catholicam fidem
 traductus est, librosq. hereticorum, quotquot domi
 babebat, Kalend. Ianuarij munera loco ad nos misit.
 Is, cum ageretur in Senatu de recipiendis Belgis exsuli-
 bus ea lege, ut fidem publice profiterentur; acerrime
 restitit, cum id nequaquam satis esse diceret, sed neceſ-
 sarium præterea esse, ut eodem sacro sanctæ Euchari-
 stiæ sacramento uterentur. Nostri gymnaſii archite-
 ctus ad Catholicam religionem propensus, nondū om-
 nem ex animo scrupulum exemerat. itaque aliquando
 sororis virum ex Lutherana prædicantium familia, se-
 cum deduxit ad Collegium, eumq. cum nostro concio-
 natore commisit: consilium erat, qua ostenderetur vi-
 ctoria, eo se inclinare. Cum autem Lutheranus in eum
 locum vi ueritatis deductus esset, ut & magistrum
 suum pugnantia loqui, & Patrum S. R. E. admirabilem
 esse confessionem fateretur; Architectus sese
 ad Romanam Ecclesiam adiunxit. Alter à primis an-
 nis heresi imbutus à concionatore nostro, in quem ipse
 solebat in omni sermone multa probra conuicere; gene-
 rali confessione expiatus & cū Ecclesia reconciliatus
 est. Supplicationem in hac yrbe babere mos erat, in
 qua

qua patria carmina hymnosq. B. Virgini Mariae ciues decantabant. hic mos viginti iam annos hereticorum calumnijs interruptus, a nostro concionatore reuocatus est. Apostata ut sceleri desertæ a se religionis honestâ aliquam excusationem prætenderet, multorum criminum Superiores suos Fratresq. ceteros insimulabat; his item a nostris ad monasterium est reductus. Hebræa Virgo cœlestibus quibusdam visis ad Christi fidem impulsa, christianis præceptis imbuta a nostris est, & sacro fonte in maxima urbis parœcia lustrata, inspectante Archiepiscopo Treuirense; qui cum puellam baptizare non potuisset, eam tamen e sacro fonte suscipere voluit, grauique oratione ad constantiam cohortatus, domum præterea & honestam habitationem illi curauit.

MISSIO PADERBORNENSIS.

Paderborna ciuitas Cathedralis est in Occidentali Saxonie, quam tunc Westphalianam uocant; ibi Socij aliquot, anno superiore à nobilium Canonicorum Collegio euocati, populis erudiendis utiliter inuigilat. Atque initio quidem calumnijs & concionibus improborum exagitati, patientia modestiaque aduersarios non fregerunt solum, sed etiam plurimorum sibi animos & benevolentiam conciliarunt. Canonicos vero habemus nostri studiosissimos. Cum quidam Epithalamum scripsisset, quo in Pontificem, Ecclesiam, castitatis cultores inuehebatur; id ægre adeo tulerunt Canonici, ut Rectori, cuius id culpa factum videbatur, coniitum mirificum fecerint; habitoque Canonicorum

& Ma-

Et Magistrorum conuentu, iussent a Sacerdote nostro librum publice refelli. quo iudicio multorum licetia repressa est, qui famosos libellos tum in nos, tum in Romanam Ecclesiam conscriptos quotidie in populum spargere solebant. In temulentum præterea hominem, qui in quendam nostris petulantius insultasset, grauer animaduertissent; nisi supplicium illi esset deprecari. Mulier energumena, que obuios quoque pugnis, lapidibus, omniq. telorum genere petebat, adduta ex uicinis locis ad nos est, ut catholico ritu demonem fugaremus. Hæc dum in templo exorcizatur, subito impetum fecit in primarios adolescentes Lutheranos, qui cū se præsenti mulieris furori subtrahere non possent, aqua benedicta illi obiecerunt. mirum dictu: repente omnis ille impetus concidit. Cum autem virgeret Sacerdos Demonem ut egrederetur, respondit is migraturum se in proceris cuiusdam, qui aderat, cincnos. negauit Sacerdos; tum ille, ad mulierem, si accidatur ut expellatur, redditurum se dixit; id etiam se insidente fieri Pater prohibuit. tandem cum magna pituita vi, mulier Daemonem quoque suomuit. Paucis post diebus Sacerdoti vigilanti nocte intempesta Daemon adstitit, suumq. se domicilium, ex quo fuisset perturbatus, repetere dixit; id se, ipso ignaro non ausum: ex quo itidem domicilio secundo, & tertio a Patre expulsus est. Que res cū uulgata esset, plurimi huiusmodi homines ad nos deducti sunt; quorum plurimi quæ Deo gloria sit, curantur nullo alio remedio, quam aqua benedicta, & sacris agnorum Dei cereis imaginibus. In Sarisia (loci nomen id est) Monasterium est

cui

cui p̄eāst ex Comitibus de Colonia mulier p̄uidēs ; Latinis Grecisq. litteris instructa ; h̄c nobis aucto-ribus illius familiæ mores egregie correxit, neq. ad eā familiam aggregari aliquam patitur, quæ in Catho-licam religionem non iurauerit. Aliud in Saxonia Mo-nasteriorum cernitur, quod fama est olim a trecentis mo-nachis incoli solitum, qui cum sibi iniucem ad sacras preces recitandas succederent, in perpetua quadam diuinarum laudum statione erant. quorum p̄etas illu-si miraculo diuinitus comprobata est in am diu singu-lis annis, dominica tertia Quadragesimæ, Angeli duo cælo delapsi, noctu palam e matutinis precibus Respon-forium de Ioseph Patriarcha præcinebant. Stetit haec disciplina annos 300. paullatim postea bellorum tu-multibus, Th̄ereticorum incursionibus dilapsa est, tan-taq. multitudo ad decem redacta. Abbas Imperij Princeps bis nostrum concionatorem euocauit, ut ad Abba-tum conuentū, & reliquam multitudinem, quæ ad num-dinas confluxerat, de rebus diuinis verba ficeret. Cum autem fama dissipata esset, Iesuitam in Monasteriū & de concionaturū, ingēs hominū multitudo ex Saxonia, Brūsichia, ceterisq. vicinis locis confluxit, in his num-erati sunt concionatores 50. partim Lutherani, partim Caluiniani : ac maximi Superintendens ea fuit senten-tia, dignam esse concionem, quæ typis ad posteritatis memoriam mādaretur; neque se adduci posse, ut crede-ret hominem Iesuitā esse, secus enim se hactenus de il-lius ordinis hominibus sensisse ; diuersam uidelicet a Christi p̄ceptis doctrinam eos tradere.

MISSIO A Q V E N S I S.

NVllus fere iā locus est, quo bæc hæresū pestis non
peruadat: seraq. resistimus ei, cum aliqua Prin-
cipiū virorū aut disimulatione, aut incuria confirmata.
sit. Id nuper experti sumus in Aquensi Rep. in qua, ab-
ter annus est, cum parua hæresis scintilla contempta,
tantum excitavit incendium, ut vereamur, ut aliquan-
do posset extingui. Vnus repertus est Ecclesiæ B. Ma-
riæ Decanus vir clarissimus, qui primam periculi pro-
cellam exceperit, ac tum concionibus tum auctoritate
sua sustinuerit aliquamdiu: sed cum ingrauescenti in-
dies malo unus diutius resistere non posset, a P. Pro-
vinciali auxilium petuit. Aquisgranum profecti nostri
statim sic populum ad prisca religionis studium exci-
tarunt, ut dies noctesq. cum ea omnes cura excubarēt,
ut præsenti malo mature obviā iretur. Ex altera par-
te fremebant hæretici, & Senatui supplicem libellum
obulerunt, quo petebant, ut suos sibi conuentus tuto
palam celebrare liceret; liberumq. cuilibet esset, quā
uellet, religionem sectari; Senatumq. in eam rem in-
clinantem, Catholicorum constantia consensioq. erexit.
Quare cum iam res ad seditionem spectaret, Episcopū
Leodiensem, & Iuliensem Ducem Imperator misit
qui res componerent; deditq. ad Senatum ciuesq. litte-
ras, quibus imperabat, ut Magistratus ex Catholicō-
rum corpore crearentur, neq. quidquam in iis, quæ ad
religionē pertinerent, nouaretur. Cū autem Comitio-
rū tēpus aduenisset, vnaquæq. factio sui corporis. Con-
sules creauit. Commissarij, ex Imperatoris sententia
eos

cos Consules, quos Catholicis iusserunt, confirmarunt;
ijsq. Reip. gubernacula tradiderunt. Id aegrē ferentes
heretici, ipsis Commissariis inspectantibus, manu fa-
cta, curiam, forum, portas urbis occupant; clavesq.
civitatis Consuli catholico extorquent: Re cognita Im-
perator uehemens commotus est, omniaq. resti-
tui iusir; Electoribus præterea Treuirensi &
Coloniensi negotium dedit, ut tumultum
compesterent. Nostri interea
Coloniam secesserunt,
santisperdum res
sedetur, quod
breui fore
spera-
muss.



C O P Y R I G H T M A T T E R S

PRO

PROVINCIAL

GERMANY

Superioris;

“*Quoniam tu es Christus, benedic nos; tibi illam*

கால்வாய் மற்றும் கூரை நிலைத்திடம்

VERSANTUR in superioris Germaniae Provinciae octo domiciliis, certum septuaginta quattuor de Societate, Ingolstadij quadraginta quatuor, Dilinge triginta, Monachij unus et viginti, Hallis tredecim, Oeniponti quattuordecim, Lucerne duodecim, Lampere in Domo Probationis viginti quattuor, Auguste octo. Mortui quinque sunt. In Societatem receperunt septuaginta decim.

C O L L E G I V M I N G O L -
stadiense.

IN golstadij sex ab hæresi reuocati sunt; in his quidam ex prædicantium genere, qui Lutheranam hæresim annos decem & octo pro concionibus docebat. alterum item hæresi addicatum doctum hominem sodales B. Virginis impulerunt, ut libros hereticos combureret, riteq. peccata confiteretur. Vnus à trinitata passuum millibus buc usque ad nos contendit, ut generali confessione expiaretur. Parochus Theologiae licentiatus, & Frinsingensis Suffraganeus designatus,

tus, antequam id munus iniret, spiritualibus Societatis exercitijs apud nos erudiri voluit: quod idem tres alij in his Monachis unus, fecerunt.

COLLEGIVM DILINGENSE.

Sane quam magnam uidetur babere Dæmon in hos populo potestatem; eosq. spectris horrificis terrorere, & a veritate fallacijs abducere consuevit. Adolescens cum novem annorum spatio nullam plane animo requiem inueniret, ad nos se contulit; eique fores pulsare uolenti ten Dæmon apparuit, qui eum ut nobis relictis, rediret in patriam, habtabatur: is tandem heresim detestatus, ad Religiosorum hominum familiam accessit. Alium Dæmon rapere conabatur, is, re nobis exposita, confessione generali expiatus, sacraque agni Dei imagine, rosarioq. munitus, periculo liberatus est. Ad Catholicam fidem traducti septem; in his Polonus dynasta, qui cum in amplissimam parētis successerit hereditatem, plurimū etiā religionem ampliaturum speramus. Sacerdotio nostris iter habenti vir pius, qui ex hospitio acceperat, duo sane admirabilia narravit, quae ijs in locis non ita pridem contingissent. Resulit is cū homo sibi notus Sancti cuiusdā vari statua brachia præcidisset; eius uxore, eo ipso anno, filium sine brachijs peperisse. Coniugem item alterius, qui SS. Episcoporum capita gladio decusisset; filios amentes, capitibus in tiaræ speciem fastigiatis, genuisse. Alij ligneam B. Virginis Marie statuam comminueret aggresso, assulam secundū excussam in nasum incidisse, eumq.

se, eumque putuisse; hominem vero cum frustra medi-
camenta omnia adhibuisset; tandem mortuum esse.

COLLEGIVM MONA CHIENSE,

& Oenipontanum.

Monachij liberati sunt heresi quadraginta, quo-
rum unus confessus illico vita decessit; multo
plures in religione confirmati. Mulier, cui fuerat una
eum lacte Lutherana heresis instillata, ad Catholicam
fidem conuersa, eo consilio ad suos rediit ut eos ad ver-
itatem traduceret. Furiosus aqua iustrali epoqa, illico
ad sanitatem rediit. Sex meretrices Principis liberati-
tate in matrimonio legitimo collocatae sunt. Septem aliae,
que clam corpore questum faciebant, ad honestatem
traductae. Mulier, que se Dæmoni deuouerat, quinq.
millium passuum itinere confessionis causa contendit
ad nos. Valerudinaria frequentata sicut; pecunia cor-
rogatae in egenos ægratosque; discordia sublata; Chri-
stiana doctrina pluribus locis tradita, & alia ex instit-
uto munera prestata.

Oenipomi octo sunt ab heresi abducti; generales
confessiones auditæ quadraginta. Parochi e vicinis
tocis ad nos confessionis gratia uenient. Virgines tres
Deo se dedicarunt; unus ad Franciscanorum familiam
adiunctus est; alter ab inferenda sibi morte reuocatus
inter ipsos coniuges pax constituta; nefariæ pactiones
rescissæ. Conciones, que tribus in locis habentur, nobis
litteris uirorum frequentia celebrantur; plurimique ius
inducti, ut ritæ genus mutarent. Sodales. Br. Virginis
omni pietate ac religione ceteris antecellunt, q̄s sollemp-
ne

nē est Hispania B. Virginis in huius urbis templis decūtare; quod cum quidam magnae auctoritatis viri non probarent, moremq. illam tollendum iudicarent; Bruxensis Episcopus acriter resistit; atque ut sodalium conatus iunarent potius quam prohiberent, edixit. Et hoc sodalitum Nuncius a S. Cruce nouis diplomaticis dōctō priuilegijs ornatius atq. auxiliis Seruans. Archidux cū alias, tū nuper fū in nos benevolentia constitutus est, sacris quinq. vestibus, cū cetero instrumento donatis.

LV CERNENSE ET AVG VSTANVM

Collegium.

Le Vicere è nostris ad regrotos iuuādos tota urbe adbībendis; quorumq; non animis solam, sed etiā corporibus nonnūquam medentur. Quādū pestilentia fuit, affectis subuenierunt; neq; eorum opera defuit in extremo certamine constitutis. Egregia vērō est fabri cūcūdām pietatis plena hospitalitas; qui Flandros acceperos hospitio non ante discedere patiunt, quādū crīmna expiāuerint. Suffraganeus Constantiā frādū Helvetiam lustraret. Sucordotes quosdam, quos instituerimus, ad nos misit. Oitum inēmē contraversia a Senatū sepe rehiciuntur ad nos, ut facilius componātur. Huius loci Prefectus vir nobilis, nostriq; amantissimus, Lant pergam profectus est, vt Societas nostrae meditationibus vacaret. Episcopus Vercellensis qui apud Imperatorem Nuncij Apostolici munere fungitur, Societatem magni facit; nostroq; in templo Missā sacrificiū peregit. Rectoremq; secum aliquot dicitur itinere duxit, vt suas confessiones exciperet.

N Colle-

Collegium Augustinianum liceat recensissimum sit spē
tamen magnā frugis prebet; Abhieresi raborari sunt,
quindicim in his unius genere Sacerdos matrē fontum ag-
omines ad catholicorum fides transstulit. Nostri pa-
troni, quā plurimum in hac urba valent, multo utram
aqyam ingēni in Collegium deduxerunt, et ipsa tempora
re, quo maxima incivitatis fccitas erat; nonisq. prius
legijs confirmarunt bantos, quas eam amplissima do-
mo cum superiorē nobis dederat. Idem pars contra
Hæreticorum maledicta tueruntur egregie: ac nuper
quidem Lütheranum concionatorem coegerunt, vt ea
renocaret, quæ pro concione in Sacerdotem nostrum
critimose coniaceaverat. Et lxx. lex est ut prædicantes on-
ner, (quindicim in suis inviuersum) a maledictis in
Societatem abstineant.

MISSIO FRIBVRGENSIS.

Auditus iam agitur, cum duo è nostris Pontificis
Maximi iussi, Eriburgum profecti sunt ut Colle-
gijs suis fundamenta ponarent. Ita Clara Divinuer-
so Scenari Eriburgensi amplius edibus excepti humanis
fina tractantur; Sacrae præterea certos patronas &c.
procuratorem consiluit ad quos chancery sit; mul-
tisque iniulis ac remittentibus primariis viris, Mo-
nasterij rectori bona omenia nobis adsignata sunt;
et quod ex nostra inititate Hæretici non nibit sibi men-
tiam, acq. audacia plurimum remiserunt. Nostri in-
tendentes confessio nunc audiendis; concionibz habendis
Christianam doctrinam tradenda, sicutum animos sibi vult
de conciliarunt.

Capit.

PRO-

PROVINCIA

A V S T R I A E etiam dicitur PROVINCIA, quia pars eius est in terra AUSTRIA, quae pars est in terra RUM, et pars est in terra MAGYARORVM, et pars est in terra BOHEMIORVM, et pars est in terra SILENSIENSIS, et pars est in terra CARNICENSIS, et pars est in terra DURMIENSIS, et pars est in terra SLOVENIENSIS, et pars est in terra HUNGARIENSIS.

SOCIETATIS IN AUSTRIA PROVINCIIS Societatis domicilio quinque, in quibus socii numerantur centum negotiata sepaem. Vixit et quidem octo annos, et quinquaginta et Prage triginta, quaduor, Ostromicinus et quadraginta, Gracu octo, et regium, Bruna triginta tres. Societatem iniuste octo decim. Cuius uetus. hanc etiam habet multas et varia

COLLEGIVM VIENNENSE

Magnificatissimum Imperatoris tum reliquorum ciuium in hoc anno beneficia non preter quam quid aliquot orbicularis Collegium est auctum, et domesticus superexoneratus templum praetercepit, tempore fides tabula affabre patitur ornatum est. Hispanus quidam moriens florenos centum quinquaginta legavit: alius quadragesimos octanos in omnes singulos quoad vixerit aureos numeros Collegio adsignauit; Parochus domum paternam cum horis Collegio dedit, et tribus aurorum nullibus estimatur. Imperator annem s. Annae nedius diplomatico nobis attribuit, sine quibus in manoriis nostrorum sustineri non poterat;

Imperatoris mater hac iter faciens, præter florenœ mille, per istromatū 15. ex holoserico aurēis columellis distincta eximij operis nobis reliquit in monumēntum sue in nos benevolentie. Gymnasia nostra cū frequentia tum nobilitate auditorām celebrantur in dies magis; ex ijs multi ad Præpositorum Abbatumq. munera sunt electi. Episcopi Passauiensis, Vratislauiensis, Gurcensis, Quinquecclesiensis, Agricensis; Archidux item Styriæ, ceteriq. non pauci Austriae clarissimi utri, certatim suos alumnos fratresq. in nostram disciplinam tradunt; plurimi etiam locorum excluduntur angustijs. His omnibus, quib[us] sunt e fodalitate B. Virginis, pietate & religione præstant. borum numerus fere duplicatus est, lectis in eam S. Barbaræ fodalibus, atque ex duabus sodalitatibus una facta. Sodaliū ex exemplo potissimum inducti Consul, Prætor, aliq. præterea Consulares Senatorijq. viri, ac dynastæ Romanæ catholicæq. fidè publice professi sunt. Tres legati Apostolici hac iter habentes fodalibus adnumerari voluerūt, quorum unum de sodalitate optime meritū uite sunt, etiū sodales publicis exsequijs prosecuti sunt. Proxi- mū Galliarum Regis demortui coniux in hanc sodalitatem adscribi uoluit; ut eam saltem nomine dato illustraret, cum ad cœtus uenire non posset: ornamenta q. oblitū facello recentorum florenorum precio; atque tūm ipsa, tūm aulicis fere omnes nostris contentur. Imperatrici vero, que etiam in Sodaliū numerum referit voluit, in Hispaniā proficisci religiosum viaticum Sodales vltro desulerunt, cum alijs Rosaria se recitatiuros, atq. alia pœnarium aut deuotionum gene-

ra fesa obituros receperissent. Imperator autem omnia cum nostra cum Christianæ Reip. causa videtur velle: is, auctore Academie Cancellario viro religioso, quiq. nostra olim disciplina fuit institutus, quamquam re-intentibus multis edicto caue, ne quisquam in Viennensi Academia, in qua duo item e nostris Theologia babent scholas, Doctorum insignibus post bac honestaretur; nisi qui ex Pij. IV. Pont. Max. sanctione, in catholice fidei formulam iurasset. Eadem in nos etiam Ernesti ac Maximiliani, Imperatoris fratrum officia constant; quorum maxime opera factum est, ut ijs prescriberentur, quæ Augustanam illam confessionem, reuera legum omnium confusionem inuehere conabantur. Atque idem plane de ceteris affirmare possumus; apud quos magna est Societatis opinio, eiusq. opera, et consilio ad omnia viuntur. Pannonij Episcopi cum in bas regiones veniunt, latinis nostrorum concionibus interesse, nostrisq. confiteri consuevere. Cum noster concionator de fenerationis malis perorasset, trecenta milia florenorum repetita sunt à Provincialibus sine senore, pactionesq. intercisiæ. Haberi cœptæ sunt conciones in pago celebri, cuius ager decem annis negletus, in siluam degenerauerat. Tres mulieres, cum in partu periclitarentur, sacra confessione, agnique Dei imagine liberatae sunt; qua etiam ratione energumenæ duo sunt in sanitatem restituti. Turcæ duo, mulierque una Anabaptista annos nata 60. cū filia nubili nostro in tēplo baptizati sunt. Quidā, qui superioribus annis à Societate, atque adeo catholica defecerasse fide, contraq. Societatem dialogum scripsérat; sapere tandem

N 3 cœpit,

cepit, atque heresim detestans, per diuersas illas officias recipere tur, suppliciter per ut: ceteris sumen precibus instas ob causas adhuc satisfactum non est. etiam cum ex hoc Collegio v. ratissiam, quae Silesia totius Metropolis est; Patres & duo eū socij, Episcopi & Capituli rogatu missi, humanissime ab omnibus accepti sunt. Reliquus est ad eos vixij ordinis concors, maior plene multo futuruss. Sed non editio tauri esset, nequire torii concordibus intersit: duodecimma tamen ad ea catholicam religionem accessere; & sub Paschatis ferias, dictis regni generales confessiones audiuntur. Et vicinis oppidis, pagisque confilijs, confessiones causa multi ad eos confluunt; a multis enim in opere padi invitantur. In oppido vicino, septimo ab Vratissia via millario, Monasterium visitur sacrarum Virginum, que lucet inter Haereticos constituta sint integrum eam incorrumptamq. fidem ac disciplinam custodire ad has, Canoniciis dnobus comitibus, profecti nostri, omnes confessione expiatae Christi corpore reseverunt.

Qui superioribus annis Nikelburgū dimisi sunt, si oppidum iam minuerunt, sinitimorum, pagos ad Ecclesiastā Romanā aggregarunt. atq. in id oēs incubant rotundis Pastoribus suffectis, catholica in perpetuū religio fidesq. constituatur. Quibus rebatur maior princi peractos, qui alieniores a notis animis habene videbantur, nobis adiunximus; a quibus etiam in ciuitates liberaliter induitamur, ut reritutis lumen populis inferamus.

COLLEGIVM P R A G E N S E

Neque minoribz in Pragę Collegiū Imperato est, et Imperatoris beneficia enflauerunt Imperator enim

enim praecl^o Copacius quod bactrona ad eis arbitrii
 habuerunt, nobis in perpetuum addidit, utq. anima ecclesie
 galia certu ad die bona communio, permissa nobis p^{re}
 ceperunt grani prima sanctis. Idem priuilegia & immunitate
 dote amnes, quibus et cetera Academie frui solent, not
 stre Collegio liberaliter, & amanissime tribuit, deq.
 uare, quo maior autoritas pondusq. sit, tabulas par
 blicas confisi curam. Imperatrix autem in Hispaniis
 proficisciens aulas ostio nobis dedit, utq. in templi ador
 ficationem i. s. o. saleros contulit. Apud ubi vero tanta
 in bono. Societas est, ut vel ipse H. aetatis religio
 nis catholicae hostes acerrimi in iis, que in eis ipsorum
 sunt, controversias, ad nos configuntur. Quoniam concio
 nes singulis festis Dominicisq. diebus babentur; quarum
 dies Germaniae sunt, tercia Boemica, quarta Italica,
 ex his non mediocris fructus perceptus est. 148. a na
 trijs heresis ad Catholicam religionem traducti;
 quam ob nem magister vnu insigni consumulat
 publice ab hereticis affectus est; alias hereditate p^{re}
 terma occidit. Virga item ab heresi Lutherana diu
 natus ad veritatem impulsa est; haec de religione inter
 rogata ea respondit, ut liquido a celesti magistro in
 struita esse appureret. Puer symphonico Saxonie
 . Duxis, in Austriae proficisci parens incendixrat,
 ne Pragam dimereret; veritus ne a Catholicis cognos
 sis, qui illuc essent, ad Romanam & orthodoxam fidem
 induceretur. Is commode quatuor millia passuum abe
 rat a Pragam in latrones incurrit, a quibus spolia
 sus vestibus pene omnibus, Pragam se conserre coa
 clus est; atq. ad hostios perduxis a suis, tandem cum

Ecclesia Catholica reconciliatus est: hunc winteris co-
mes item heretitus imitatus, eodem die Christi corpus
suscepit. Comitissa femina primaria cum ex Austria,
in Saxoniam tenebat, cum nostro concionatore de re-
bus fidei multa egit; a quo cum huic modi scrupuli ex-
festa inicit, qui ne ab hereticis quidem modis exti-
mi possent; mulier post dimidiatum annum. Pra-
gma rediit; atque heresim exsecreta in Catholicorum
civitatem secessit. Simon Simonius, cuius nomen est in
tis regionibus celebratissimum, Saxoniae electoris met-
dicus, ♂ Lipsiensis professor, qui que quattuordecim
quindecimue volumina de medicina confecit; multis
cum nostro concionatore sermonibus habens; tandem
coram Archiepiscopo, ac Boemia Cancellario, Hispania
Legato, ceterisq. Regni proceribus, heresim publi-
ce detestatus est. is librum creditur scripturus, quo
hereticorum mysteria omnia enunciari. quam rem eo
etiam agrius tulit Saxoniae Dux, quod medici exem-
pli vir primarius; ipsiq. Duci in primis carius ad fidem
redierit. Vnus ♂ tringita inducti sunt, ut sub una tan-
cum specie communicent; qui numerus ruderis exiguis
non debet, quod tam altæ huius radices in his partibus
iacte sent, ut vix ullis rationibus euelli possint. Multi
male parte restituerunt, ex quo numero mulier 400.
taleros ex usuris remisit. Instiutum est etiam dynasticæ
eniusdam auctoritate, in vicinis Collegio nostro adi-
bus pauperum adolescentium; qui litteris dant ope-
ram, contubernium; eorum sexaginta sette numerus
est, ciuiumq. benignitate aluitur omnes. Hi ad fune-
bres pomposi festosq. dies psalmis celebrandas ab om-
nibus

hibis adhibentur: atq. ut sese dant initia, multo plures
ic meliores operarios ex hoc vno contubernio exituros
peramus, quam ex alijs Collegijs; quod fere pauperes
demissi de se sentiant, & ad pietatis munera obsonda
sint alacriores.

Litomislum Boemie ciuitas est, D. a Pernestan
stipendiaria, in qua centum quinquaginta abbinc annis
Husitarum haeresis disseminata stirpes altissimas ha-
bet. In hunc agrum cum ipsius Domini rogatu accersi-
tuq. nostri venissent, omniaq. in siluam abiisse cerne-
rent; omni studio ac diligentia colendum suscepérunt,
ideo feliciter, ut paganorum (iij enim ad veritatis sa-
cros recipiendos aptiores sunt) sex Parochias ad Catho-
licam Ecclesiam adiunxerint; ferijsq. Paschalibus, ho-
minū tria millia communicauerint. Duobus præterea
& triginta Ecclesiis Parochi Catholici præfecti sunt;
quattuor aliæ, cum nullus, qui substituatur, idoneus
vir inneniatur, vacue adhuc sunt; quarum una magna
in primis, ipse ultiro Parochus haeticus cœsir.

COLLEGIVM OLOMVCENSE.

Tertium Collegium Olomucij est, ijsdem nostro-
rum occupationibus & laboribus. Actametsi
ciuitas hec in ijs numeratur, quæ infecte sunt haeresi
non tamen in ea excolenda inutiliter nostrorum versa-
ta est industria. Duodecimoginta enim ab haeresi re-
vocati sunt; Festis anni celebrioribus ducenti trecen-
tue in templo nostro communicant: Paschate autem
communiantium numerus quattuor millium fuit. Ad
eam

est rem memori plurimum attulit, inter ipsas cines
S. Anne, instituta Sodalitas, in quam nobilissimi quin
adscripti sunt; ex quorum numero dynastia quida
principis fuit. D. A. Pernestan filius natus maximus;
qui magna cum pietatis significazione spectacorumque
adimplavit. Pentecostes ferijs in Sodalium numerū rela
tus est. Multi etiā ex Imperatoris aula nomina deder
unt. Episcopus Crispinus huius Sodalitatis leges habere
solvit, ut in suis cimitribus iūdē legibus Sodalitate reg
instituant, uel instaret. Matrona honestissima filios vi
ze sensuq; carendes multis iā annis parere solebat, bāc
rotis S. Anne nuncupatis, filium vivum peperit.
enīq; gratulabundā ad templum nostrum deculis.

GRÆCENSE COLLEGIVM.

Grecy hæresis radices egit alissimas: quod ni ma
ture Societas buc se conuisseret, nullæ iam (ut
communis Catholicorum vox est) fidei reliquia essent.
Magnum est hæreticorum in nos odium, qui publice
nos ac priuatim probris maledicuntq; profindunt, iūdē
ciuib; persuaserunt, ne quem Catholicum litterarum
studiorum tectis recipiant: siquem autem nobis ami
ciorem fuerint odorati, eum pro concionibus tamquam
scelerissimum hominem conuictus ac maledictis publi
cē lacerant; Senatus etiam iūs multam grauem dixit,
qui ad nostras conciones accesserint. Sed bāc & alia in
commoda Catholicorum videlicet pietate ac beneup
denia compensantur. Ex his adolescentibus raus locuple
sibus ortus parentibus, hæretici sāmen, ab heretico
rum

rum scholis profugit ad novitatemq; pitem orationem
circumdicat, quam cas adiunget. Cetina et magistris eiusus,
vngis est; quod nostrorum discipulorum vero consuetudine
terrestris serenissimus annus. Pridieque viiij. iunii. quinto
de ambo Societatem prosequuntur; is septem milles est
quingentos florinos in Collegij adiunctionem dedit.
quibus fabriani ad teatum perdulcunti sperantur
ad fidem Catholicam radere aliquos; in his quinque
Pblosophie Rhetoriceq; studiis. Et Iurisperitos con-
cionatores orati Nuncio Apostolico alijsq. Principi-
bus viris beroeis in publice sunt exercitati. Sub Pascha
les ferias nalle quadragesima Christi corpus suscep-
runt. Nuncius Apostolicus aliquo huius Provincie
Monasteria lustraturus, e nobis quosdam secum de-
duxit: Praeposti duo, & Parochus magnae dignitatis
generalem anteacte vita coram eum fecere: Abbas
cum omnibus Monachis cum generali confessione, tum
spiritualibus exercitiis instituti sunt. Quidam ex huius
Provincie proceribus, ut Christi Domini corporis sol-
lemnia maiore cum populi fructu celebritateq; pera-
geret, nostros ad se accersuit; quo die e sacris litteris
historiae aliquot actae sunt: in que eo etiam diligentius
ac studiosius dynasta ille incumbit; quo magis ob eam
rem se a suis fratribus hereticis contemni videt.

DOMVS PROBATIONIS

Brunensis.

ET S I Brunensis Domus Novitij maxime pro-
bandis destinata est; tamen in proximos etiam
nostro-

nostrorum labor redundauit. Nam ad conciones duas, quæ in æde maxima, nostraq. habentur, Italica tertia accessit; plurimi spiritualibus nostræ Societatis exercitijs exulti sunt; Confessiones auditæ complures, & quidem eorum, qui nunquam expiati criminibus ad senectutem peruererant; sacris agni Dei imaginibus morbo aspergesi liberati quidam; vicini Parochi sacramentorum administrandorum usum edocti. Ad eos iunandos, qui capitis damnantur, vel in extremo vite discrimine versantur, identidem encantur nostri; & quibus unus, cui ex ingenti vulnere viscera diffusabant, confessione facta conualuit.



C O M M E M O R A T I O N E V I T I C I

V A.

V A R I A
N O S T R O R V M
H O M I N V M
Missions.



XPOSITIS ipsis, quae ad Provinciarum narrationem pertinet; reliquum est, ut ad eas nostrorum Missiones descendam, quae cum in nulla certa Provincia reponi possint, necessario a reliquo corpore fuerint separanda.

M I S S I O A N G L I C A N A

CVM Elisabetha Anglorum Regina sese Anglicane Ecclesie caput constituerit, ut nomen illud impie usurpatum, maiore eiusdem scelere iuuatur, in Papistas (sic enim Catholicos, qui Romanum Pontificem, Sacrorum principem, Christianaeq. religionis Antisitem profitentur, per ludibriam haeretici appellant) acerbissimam persecutionis tempestatem commisit, multiq. ciues nobilissimi, quod peruersæ mulieris ambitioni aduersarentur, sunt bonis, exstis, vinculis, morte multati. eoq. crevit insania, & immunitas Regine, ut in plurimis ciuitatibus nouos carceres (quod veteres non essent satis ad damnatorū mul-

titudinem capiendam) id distarci, tibebitis horribiles,
 in quos agmina Catholicorum confludat, qui aut ini-
 bromasti ferro, in media latrone, squallore miserabilitate
 intereant, aut eridomini tormentorum sacrificina tam-
 dem excrucientur. Alios enim per urbem equis rap-
 tatos laqueo suspendi; ac rursus reciso fune semianimes
 deponi; tum genitalibus precisis, visceribusq. car-
 nificum manu crudeliter amissi, in ignem coniectis,
 in frusta dissecari iubet: Alii manuum pedumq. digi-
 tis sublatis suspensi, machinis quibusdam tam inutri
 sor exceduntur, ut membrorum oarum articuli lu-
 xentur. Alii ferre et subtile per ungues adligi-
 tur. Alii pondere immani superposito comminun-
 tur. Sed quoniam ex dicta parte muliebris furor ad Catholicorum magis excitendum armabatur; tamen
 ex altera Catholicorum animi ad resistendum excitab-
 bantur idq. in sua ipsa vice, infiagogeni Romani
 Pontificis obediencia, in vero Anglorum adolescentium,
 quibus Romanis, Romanorum Seminariorum Angliae ful-
 lido ministrante, moniti ac susciiti, Hoc enim religionis
 regiam adest studio in dicta doctrina eq. instrumenti presertim
 plurimas auctoritate confirmatas sunt in dicitur nefas
 hanc; ex quicunque etiam aliquas capi crudeliterq. necati
 sunt. In abrustra paxia oris sine meritorum fortitute
 ab ipso miseri. Anglis suorum precibus, exaberimusque
 litteris invenienti nastri sunt. cupiebant enim u. quanta
 singulis prope momentis impumerabilia sibi pericula
 immerent, aliquos de nostris habere, ad quos confi-
 tū. Et auxiliū causa configurerent: cumq. a nostra disciplina profecti essent, sic sperabant fore, ut sibi nobiscū
 optime

et...

optimè constructis; quæ modis in re, id est in ea conser-
 viens animalium sera totum est. De finiti ad eā prouin-
 ciām Sacerdotescē duas sunt: P. Robertus Pensomius, &
 B. Edmundus Campianus, quibus tardius addictus est.
 comes frācū quidam, hi Regis mense Maio profen-
 dū, in Angliam fūto mense pericularem. Quoniam
 autem hanc totū attīnere agitari non poterēt, quia Regi-
 gina per exploratōres (quos ubiq. dicitur habere quā
 plurimos) totū dāre p̄petiērē multo āre facta esset; ideo
 nō stri magnū in ingressu ipsius regni vīa discrinem-
 adiere, sicut dū portus diligētissimē cōstatimētur
 & ad Regiam non modo genu hominum, non enq̄
 sed ipsa oris species, et omnisq. corporis hinc annūta peccati
 serippe effēctus. Paucā etiam Campiam itagō in omni-
 bus p̄ceptib⁹ posta effēctus, cum qua conserretur singuli,
 qui sapientia innumerentur. Tāc cūm: Dei Opt. Ma-
 clementia sum corporis etiam paucilla mōtione, qd
 p̄missione, que se ipsiū immiterentur, feliciter iā re-
 gnum tandem p̄mettarunt. Vbi cūm se Catholici op̄e
 rauissent, huius incredibilis tuorē ex Catholicorum con-
 formatione, tūm ex baracorum heneris fructū
 parcerentur. Formōritate ratiā insitūta sic est, ut al-
 iorē rē urbanas, alterē pigenis procreet: utique tan-
 non negotiū non deest. Quo autem totē res magna
 occultā sit, in Catholicortū adib⁹ sociant, apud quos na-
 bri quotidie bēte manū Missæ sacrificiū effērunt, Cbri-
 sti corpus administrant, conciones habent; tū ad scribē-
 dum, se dānt: a prandio huc & illuc variarū negoti-
 orū cassa in equis curvantur; commentariis interea,
 que postridē p̄ reuocatione diuini sint: m̄spēri con-
 fessio-

fessiones audiunt, & questiones de officiis explicant,
 que plurimae & difficillimae incident. heretorum quo-
 tidiana sit ratio est; tantisq. occupationibus oppri-
 misur, iux ut respirare possint. Cū autem fama percre-
 bruisse, tot tantisq. custodij adhibitis, sapientia Regni
 sc̄e. Jesuas inferuasse, Regina favore incessâ crudel-
 itissima statim edicta proposita, exsilia, bocorum pro-
 scripções, vincula, cruces minitans ijs, qui Jesuas
 hospitio exciperent, aut re aliqua innarent. Que ta-
 men editta ponderis nequaquam fari habuerunt, vel
 ut nostros ad incepto auerterent, vel ut Catholicos de-
 terrerent, quominus omnia erga illas humanissime offe-
 cia exhiberent. Vnus quidē Catholicus vir primarius
 cum ad ipsius domum P. Robertus uenisset, edictorum
 crudelitate perterritus, ei renunciare iussit; alio ad
 diuertere: eius enim aduentu minime fibi gravum es-
 se, cuius rei mox illum penitentia cepit. Patremq. ufa-
 fecimus matris precibus in domū suam retraxit, uitam
 fortunisq. suas cerevisimo obiciens periculo. Etsi ne-
 ro diligenter ab hereticis nostri conquiritur ad ne-
 cem, tamen & uestibus mutandis, neq. plus biduo ead-
 em in domo commorando, eorum furorē hactenus
 eluserunt: qua in re illastrissima divine prouidentiae
 signa extiterunt ex quibus nonnulla perstringam. Cū
 domum, in qua P. Robertus habitabat, subito nocte
 concubia heretici circumdedisseat; is sene cumulo se
 condens, manus eorum effugit. Idem inuitatus aliquāt
 de ad cenam. Sacerdote Catholicō, ut schismaticos
 quosdam ad ecclēsiā traduceret, licet optime locum
 nosset, tamen totam illam viciniam ter lustrans, vicit
 nosq.

osq; interrogans; dominum numquam inuestigare posuit; quare tandem fessus; alio diuertit: postridie vero come-
perit; eato illo tempore domum ab hereticis obfessam
fuisse; ut se venientem exciperent. Sacerdotemq; illis
et sex Catholicos in carcere ductos esse. Atia quoq;
tempore sui P. Robertus in Sacerdotis cuiusdam doce-
mno pernoctasset; albescente die stimulis quibusdam
accerrimi agitari coepit; ut inde quam primum discederet:
vix pede domo extulerat; cum heretici dominum
ingressi Sacerdotem comprehendendrunt. Similiter cum
capta domus esset; in quam P. Robertus sese recipend
consueverat; is verum omnium ignarus domum rediret
eo ipso tempore; quo heretici omnia miscebant; insa-
dias omnino intrasset; ni fideli ab amico opportune ad-
monitus; iter alio conseruisset. Illud vero maxime Dei
bonitatem; Patrisq; ipsius magnanimitatem declarauit
eam existi domini in qua P. Robertus habitabat; admer-
sarij maritimis clivis et ribus repente obfedit; is man-
gina cum fiducia omniam procedens; interrogavit quid
vellet; Iesuitam responderunt (neque enim Patre de-
facie morant) subtile; quin ergo inquit ingreditur
et hominem sine tumultu perquisitur; atque ea ratione
euaserit. Haec in P. Roberto seruando dimicxponiden-
tiae signa existere; que neq; leviora; neq; pauciora in-
se item expertus est P. Edmundus. Quid enim tempore
is Londonum reuertebarit ex pago quo libri cuius-
dam scribendi causa secesserat; bareciona quidam ih-
uifefe tribui itineris comitem adiunxit; qui tandem cu-
m patre in hospitio commodo reliquisset; magistratus de
illis aduentu certiori fecit. Tueris suorum erga exce-

O pit, G

pie, & ad Patrem detulit; qui dū sese aduersarij comm
 parant, tempus fugae noctis, mutatis vestibus, & cito
 constēso, non quidem hostium manus effugit, non mal
 eo vero post (cum scilicet Deus illius morte de se pre
 dicari uoluisset). ab hereticis captus crudelissime est in
 terfetus, sicuti in eo libro, qui de persecuzione An
 glicana impressus est, copiose exponitur: quo facilius
 excusare possum, si in hac missione exponenda brevior
 sum. Latini oratione, Pares Fratresq. carissimi, opinio
 ne nostra sese Patris huic odor diffudit; adeo, ut An
 gelicus vir doctissimus, ad quem tamquam ad ilium gen
 tis parentem, omnia minima, maxima ex Anglia mit
 tantur; duo maxime insignia de P. Campiano scrip
 turā, Alterum malo maiorem frustum morientem illū
 ipsi populis acculisse, quam virginis annorum spatio tot
 illis occupationibus iuens unquam allatus fuisse
 Alterum est, eum martyrio supplicijq. pertatis nota
 esse inferiorem, quam quēuis ex superioribus marty
 ribus; interfuisse præterea se dixit sermoni cuiusdam,
 cum is affirmaret a se P. Campianum die Divis omni
 bus sacro conuenciam in carcere, cuille ex prioris dici
 tormentis usq[ue] brachium fascijs e collo suspensum
 gestaret; tantaque animi letitia locutum; ut ceteros
 confirmare videretur. idemq. respondebat P. Campia
 num postero die iterum immatisime tortum, sic ut pa
 ne morem ex equuleo deponebatur. Preter P. Cam
 pianum, alterum item habent in vinculis hereticī P. id
 delicet Bosgrauum. is tam ex Polonia in Angliā don
 mesticari rorū causa profectus esset, ab hereticis cae
 pīc, initio quidē liberidre custodia docentus est, quod
 sese

fese in religionis negotio integrum conservasset; postea tamen per eam P. Campiani occasionem, in arctiorem custodiam detrahus ac pessime acceptus est. Atq. his tot tantisq. terroribus propositis prouinciam hanc semel suscepit Societas non deferet; quin etiam sacerdotes duo Angli hoc ipso anno in easdem occupationes & pericula sunt dimissi.

MISSIO AD MARONITAS.

VELLA Hierosolymam quatuoridui itinere, Libanus monte in Syria cernitur, sacrarum litterarum historijs celeberrimus. Huius incola Maronita permanerunt illi quidem semper ex omnibus Græcis in Ecclesiae Romanae fide & amicitia; sed tamen multis & gravissimis erroribus impliciti sunt: nam Spiritum sanctum ab uno Patre procedere imple credant; humanosq. animos, ubi e corporibus evolassent, certis in sedibus, ad extremum usque iudicij diem detiniri; licere nunciam uxori remittere; infantes ante quadragesimum diem baptismate instrari non debere: tunc vero etiam Christi corpus ihs communicandum esse. In his igitur, aliisque similibus erroribus cum versarentur Maronite; Gregorius XIII. vi est de salute oculum suorum sollicitus; duos de nostris P. Io. Baptistam Aelianum, & P. Io. Brunum ad eos populos secundo iam delegavit; ut ab ihs erroribus ad Ecclesie Romanae veritatem, si fieri posset, reducerentur. Qua in missione cum multa praclare, tum uero illa tria presertim ab eis constituta sunt. Primum

Episcoporum conuentu, quem Patriarcha edicaverat,
 interfuerunt; & Episcopos induxerunt, ut ijs errori-
 bus relictis, Catholicæ religionis professionem, verbo
 ipsijs praecipitibus, rite enunciarent. Singula deinde;
 tractus illius loca obeyeret, errores illos ex hominum
 animis extirparunt, ac salutaria dogmata inseue-
 runt; pastoresq. tum ad cetera que ipsorum munera
 essent, tum vero ut pueros Christianæ fidei rudimen-
 tis ostendit, quæ ciborati sunt; maximam quoque
 vim sacrarum vestium, calicum, librorum, & rosario-
 rum, que illis omnia liberalissime Promotrix attribuit,
 templis populisq. diuiserunt; quærum rerum proper-
 ea quod & steriles regio sit. & Turcarum vestigia, in
 maxima inopia Maroniti laborant. Quocunque au-
 tem nostri veniebant, summis amoris atque otiose for-
 gificationibus excipiebantur: neque raro illud etiam
 accidit, vt obuiare se se cum Episcopociues effuderint
 vniuersi, patro more organa quadam pulsantes; in ur-
 be autem turba mulierum ante domos, & in tectis cir-
 cumfusa, incanditum quid canebat, & infestis celebria-
 ribus genii sollemne est. Illa uero frequenter erant ac-
 clamatores, Vos estis nostra lex nostrum fundamen-
 tum, salusq. nostræ Deus S. Petri sedem, eiusq. Ki-
 carium nobis seruet; Vos a Pontifice Maximo misi-
 estis, & per vos cum Ecclesia coniungamur: quenad-
 modum olim Christus D. N. missus est, ut terras celo-
 necconciliaret. Postremo libros fere vniuersos errori-
 bus, quibus adspersi erant, purgarunt. quod magno ib-
 lie stetit, cum & plurimi essent, & aliena lingua con-
 scripsi. Ac præter ea, que dixi, alia etiam multa salu-
 tariter

carceris inservierunt: Moniales enim aliquot, que magna omnia offensione dispersæ vagabantur, in duo monasteria reductæ sunt: persuasum est etiam Episcopis quibusdam, qui Patriarcha iniito fuerant consecrati, ut ueniam peterent; animoque ferrent aequo Episcopali dignitate in perpetuum excludi. Consulatum quoque est Christianis aliquot; qui cum reliquam viam pro Christianis traducerent, quo tempore d. Turci tribuum exigebatur, ne id pendere cogerentur, negabat se Christianos esse. Hi primum docti suorum illo in patre licere: deinde cum opem lacrimis peterent; cursum est a nostris, ut quæ ad eorum misericordiam leitadum necessaria videbantur, ab Imperatore Turcarum impetrarentur. His rebus feliciter e sensentia confebris, cum de reditu nostri cogitarent; ecce tibi Patriarcha vita decedit. cuius mors maximam curam timoremque nostris iniecit; quis succederet, neue quæ ipsi ad eum usq. die construxissent; momento temporis corruerent omnia. Verū huic sollicitudini finem uulnus viri sanctissimi electio, qui de mortui Patriarchæ frater erat germanus, & superiorem etatem omnem; magna cum virtutis laude, in cœnobio traduxerat. Is initio, cum vereretur, ne id sibi manus demandaretur; clam se fuga praesenti electioni subducere constituerat: quare necesse fuit, ut dies noctesque publice custodiretur. Vbi uero Patriarcha dictus est, multis cum lacrimis id onus deprecari coepit; solitariam se vitam, & ab omni administratione remotam semper securum esse; neque prudenciam rerumque tuum, que postulapris ad illam

missus, afferre se posse. Denique cum universo populo
liberum voluntate urgoreetur; non ante sumum ipso voluntate af-
fertum prebere, quam Episcopi singuli ecclesie qua-
dam capita scripta sese profectores obseruantur.
Egoverat postmodum cum illo nostri, ut quo die nunc
sollemni Missæ sacrificium esse facturus, priusquam
Christi corpus susciperet, publicare fidei Catholicæ
professionem pronunciaret, utique postero die. Clero
universo coacto, distincte ea omnia proponere, qua
ipso promulgassent, atque ut ab omnibus formarent-
tur mandaret. id quod ille diligissime, præstis
nominarique summum erga Romanam Ecclesiam
studium voluntasque declaravit. Hunc enim
babuit hoc nostrorum legatio, felicem fane & opa-
rum, quo facile labores, & pericula, que nostri per-
gesi sunt, compensantur. Cum enim regio illa Taur-
carum stipendiaria sit, magnaque collumione conser-
nista e varis nationibus Mauris, Iudeisque; ciuili-
bus præterea bellis per id tempus arderet: nostri san-
pe in vita discrimen adducti sunt: atque interdum
cum insidijs sibi tendi cognovissent, furori cedere, &
in loca se tuiora recipere sunt coacti.

MISSIO IN SALVTIOS.

A Litera missio Pontificis item Max. iussu suscen-
tia ad Salutios (Subalpina eavagio est, urbem
continens eiusdem nominis) ubi cum plurimi iam
vagatorum heresi laborarent, latiusque in dies
id malum serperet; periculum erat ne tunc ille res-
titus

clus radem contagione inficeretur, & inde sensim sefa
in Italianam pestis illa insinueret. Itaque Pontifex tuf-
fus, ut sacerdotes sibi fratribus tandem comitibus
in eum tractum misserentur, qui nascenti mala mar-
tiae occurrerent. His enim isidem in loca distribut-
is, singulaque oppida instrantes, puram sinceramque
religionem docentes, sacramenta administrant, concen-
tationes de fide cum hereticis Ministris habent: non
raro etiam ad ipsas hereticorum conciones aderunt, rea-
ciorum mendacia, vanitatemq. populo audiente coem-
guant; quam dispiciendi rationem resu compertum est
utilissimum esse.

MISSIO SVETICA.

TN aquila quinque numerantur o Societate: Ea
ijs quatuor assida cum Regine sunt, quinque Scu-
cholmij ijs suis isidem Regine sumptibus alitur, ut pauci
nos Catholicos, qui ibi sunt, in religione & officio
conirentur. Is cum post discessum P. Possenti apud
Holandum mercatorum honestum hominem dixerit if-
fet, ibique Missae sacrificium, ceteraque Catholicis nisi
perageret; paullo post ab eadum domino cum hospice
ejectus est, qui diceret adeo non ideo ab se locatas ut
in ijs Papistarum conuentus celebraretur; reverique
se, ne plebs impetu facto domum disturbaret. Quia in
re illud admirabile accidit, ut eodem tempore, & sa-
cerdos domo, & dominus vita miserrime exturbare-
tur. Quamdiu autem Stockholmij pestis fuit, Pater
Catholicorum domos obiuit, & sanctissimo sacramen-

O 4 sa mi-

in ministravit. Quinque ex Catholicorum numero vita deceperunt; in his Anglus mercator vir innocentia singulari; qui etiam in pauperum catholicorum usus. Taleto legavit. Vbi vis morbi remissione visa est his rarum 40. supplicatio donis nostris indicata est, eaque multo opinione nostra, Polonorum studiis celebratior fuit, sic ut is quae Regiae secretis est, vir nobilitato, doctrinaq. insigni, quattuor horas continentem in precibus posuerit; ceteri vero omnes ad prescriptam fibi horam, diei noctisque particulam sua sponte adducentur. Ex ijs Pentecostes, sororis Regis, Ducijsq. M. et gapolensis sponsalia magna procerum frequenti accelebrata sunt: sub ea disseminauerant Hæretici incerto auctore liberas, in quibus erat, ipsi Regi a fratre certisq. comiuratis insidias parari: verum Deo fauente totaliter celebritas fama cum patefacta est, ut ne turbatum quidem fuerit cuiusquam exauditur. Quae res eo etiam fuit admirabilior, quod plerique catholici omnibus interitu imminere existimauerant; ipseq. Rex Sacerdotem nostrum tantisper dedere ciuitate iussit, ueritus ne quid forte a fratre sponsaque hereticis turbaretur: quam sententiam murauit; ubi per internuncios doctus est, sui iudicium non esse, sacerdotem, cuius ipse maxime precibus tot victricos de Mosco reportasset, urbe expellendi; viderique posse Regiam maiestatem imminutam, si fratris vel alterius cuiuspiam metu id factum effervulgaretur. Cum filij Regis ad Ostrogothie Gubernatoris filij baptismum celebrandum invisati essent, scrupulus Regine injectus est a nostris, ne filio eo ad-

eo admisceret, ne qua forte ex Hereticorum sacrissimorum participati labes aspergereint; itaque filios eius apud se continuit: quod Rex durius accipere visus est, ut offensum reprehendit, quae dedita opera in hominibus obiectu retuere velle videretur. Quindecim hoc anno ad variis heresibus ad Catholicæ fidei veritatem traducti sunt, quorum aliqui in patriam reverteruntur magnas molestias ob eam rem ab suis pertulerunt. Iniusit unus e nostris sub festum Sancti Ioannis Baptis- tæ Vadianenses moniales, quarum professionem olim P. Possennus, dum illic versaretur, exceptit; et plurimi ab hereticis vexatae infidelis suscepit que tritæ ratione constantes persistunt. Dux quæ recentes Deo se dicarant, cum ab Hereticis ad religionis defctionem sollicitarentur, in proposito confirmatae sunt: Quatriduo tantum apud eas Pater substitutus propriea quod pestilencia in urbe feciret, et illud iter insciemè Regè suscepisset. Pestis autem tempore, cum puer, qui Monacho semi citidam (is unus in eo monasterio relictus est) Sacrum facienti ministrale solitus erat, morbo corruptus esset, parensque hereticum ministrum accersisset, ut Lutherana sacra filio imperiret; negavit filias sibi aliquid esse cum Lutheranis, neque se inquam, si forte suscipere cogatur (id enim ei parens minabatur) nisi panis natus eorum sacramentum habitarum; atque ubi primus conualuit, ad nos uenit, litterisq. nunc instituitur, ut Braunsbergam mitti posset. Quartuor hoc anno viduarum filios eo dimisimus, quorum tres parentibus hereticis nati erant; quatrium cum mater catholi-

spolica ab hereticis male accipi ab religionem videt, ultra ad nos detulit, professa iure se omnino materno decadere, modo filius apud catholicos educetur. itaque cum tribus alijs professionem eadem tempore pararemus, hunc ad eos aggregavimus. Venerunt superiore mense Tartarorum Imperatoris Legati, qui in Taurica Chersoneso, & Capta La-
te imperat, bi cum duobus famulis (cexi enim Ma-
bometis fere superstitione infecti erant) Christiani
re religione addicti, sacra nostra in urbe frequen-
tarunt, peractaque Sacerdoti Polono confessione,
Christi corpus rite suscepserunt. Cū per eas dies Italus
mercator Catholicus defunctus esset, funeralis pompa
per medium ciuitatem ducta est, Hæreticis subringen-
bus, gaudentibus vero summopere Catholicis.

Alia quoque missio celebris fuit ad Moschowie
Ducem; cuius pleraque cum in annum 1582 exier-
rint; ea ab illius anni litteris sciungere risum non
est. quare cum ijs propediem mittetur.

Hi sunt, Patres Fratresque carissimi, fructus,
quos ager nostræ Societas hoc anno effudit. Quod
superest, etiam atque etiam nobis exrandum est, ne is
ullo umquam tempore sterilis fiat, neue ciuius fetus re-
primatur: quin caelesti gratia irrigatus, & a nobis cul-
sus diligenter, ubiores ac nitidiores fruges, annis
consequentibus afferre possit. Roma, ex Collegio Ro-
mano. Kalen. Nouembris 1582.

Omnium in Christo Seruitus.

Ioannes Antonius Valerius;

